47 olim, de cleri. coniug. † Potest item dispensare in matrimonio contracto per uerba de præsenti, ut no. glo. in d. cap. cùm ad monasterium, in uerbo, abdicatio, in fi. glo. vl. in cap. ex publico, de conuer. coniugat. quam sequuntur Hosti. Io. And. & alii ibi, & Bal. in l. Deo nobis, col. 3. versi. vlterius no. C. de epi. & cler. & Pe. de Anc. in d. c. 1. col. 6. ver. circa matrimonium. & d. consi. 239. & cõ. 409. uiso, & diligenter inspecto, columna secunda, versi. idem potest circa. & Imo. in cap. vlt. de transact. vbi dicit ita communiter teneri. Et ita etiam post longam disputationem residet Cardi. Alex. in c. vl. de spõ. duo. Quin etiã in matrimonio quoque copula carnali consummato hoc
48 idé consuluit Maria. d. consi. 28. incip. in 2. dubio. † Sic & in iuram nto, & super vsuris potest Papa ex causa dispẽsare, vt de primo habetur in c. uenerab. de electio. & per gl. & doct. in c. quãto de iureiur. & in c. authoritatẽ in gl. 1. ad fi. 15. q. 6. & Bal. in repet. l. 2. col. 41. ver. super secũda qõne. ff. de iureiur. Card. Flo. in cle. 1. ad fi. ver. 17. quæro. de iureiur. De secũdo est tex. in. c. salubriter. de usur. & latè per Alex. cõsi. 1. col. 2. ver. sed p̃missis. lib. 2. & cõsi. seq. col. 2. ver. deniq; nõ obstat. & con. 107. cuius est exor
49 dium, pro inuestigatione. eod. lib. 2. † Sed princeps secularis potest ex causa ius diuinum limitare, vt patet in homicidio, & testibus. & not. Bar. in proœ. ff. col. 3. versic. item quæro quid, de rescriptis & latè in l. omnes populi. in 3. quæst. principali, quæ est in 7. col. versi. secundò iuxta prædicta. ff. de iusti. & iur. & Alberti. in 1. parte statutorum,

torum, quæst. 8. sed an valeat, & latius in l. quotiens colum. 3. ver. & quia de hoc & multis seq. C. de præcib. Imper. offer. & Alex. d. consi. 107. col. 3. lib. 2. & Fely. in d. c. quæ in ecclesiarum col. 2. ver. 1. conclusio. & seq. de constit. sed tu hic uide Bal. in authen. ad hæc col. 1. ver. quæ-
50 ro nũquid usuræ. cũ seq. C. de vsur. † Accedat & quod no. Pan. in ca. fraternitatis. co. 6. uer. & multùm moueor. de testi. quòd licet post publicationem testiũ à iudice factam, non possit pars ampliùs testes producere, licet testificata non didicerit, vt voluit Hostiẽ. in summa tit. de testib. §. & vtrum, versi. dictis igitur. & Ioan. And. in cap. constitutus, extrà eo. & Bar. in authen. qui semel. col. 3. versicul. circa tertium, & seq. C. de proba. Tamẽ si super ueniret causa verisimiliter non cogitata tempore publicationis, posset testes producere, sicut & ex causa admitteretur post dilationẽ. l. orationes. & l. vlt. ff. de dila. & arg.
51 c. licet. de proba. † Sed & id quod voluerũt Ant. & Imo. in c. vestra. de loca. quòd licet episcopus, ẽt cum consensu sui capituli nõ possit facere statuta in præiudicium iuriũ aliorum prælatorum inferiorum, vel ecclesiarũ subditarum absentium, vt voluerũt Inno. Hosti. & Io. And. & alii ibi, per ea quæ habẽtur in. c. pe. & vlt. de his quæ fiũt à præla. sine consen. cap. fallit tamẽ, si subest aliqua iusta causa, per id quod habetur in. c. vlt. de his que fiunt à maio. par. cap. & per no. per Inno. & Io. and. in. c. in nostra,
52 de iniur. † Deniq; non obmittẽdus est tex. in l. 3. in prin. ff. de cõdi. indeb. vbi ex noua & inopinata causa repetuntur legata ex testamẽto soluta. & tex. in l. 4. §. ait prætor, ff. de re iud. vbi licet condemnatus ad soluendũ cogatur præcisè soluere, nec satis sit dare cõpromissorem, ex magna tamen, & idonea causa id sufficiet. & text. in §. mãdatum. Instit. mand. vbi qui semel mandatũ suscepetit, illud debet perficere, nisi quãprimùm videlicet re integra renũtiauerit, alioqn mãdati tenebitur, nisi tñ iusta cã inter
53 cesserit. † Et similis est fermè tex. i. l. filiusfamilias. §. pro curatorẽ. ff. de procu. vbi procurator pro quo cõsentiente, dominus satisdedit, cogitur iudiciũ suscipere, nisi tñ

ex cau-

ex causa legitima relinquat, putà si inimicitiæ capitales interuenerint inter dominum ipsum & procuratorē, aut dignitas procuratori accesserit, aut reipub. causa abfuturus est. Ex quo not. Bal. & Paul. de ca. ibi, quòd licet qs ex lege ad aliquid præcisè cogatur, intelligitur tamē nisi
54 subsit aliqua legitima causa. †Satis ergo, atq; satis probatum est, oēs legum, atq; statutorum sanctiones ex causa cessare, infringi, corruere, ut iam nō mirū uideri debeat, si non tam arctis angustiis circūscribantur iudicis potestas, quin interdum possit ex causa pœnas à lege, statuto, consuetudine indictas minuere, aut augere. Sed animaduertēdum est, quòd licet aliàs non sit necesse in sententia cām inserere, ut est tex. ordinarius in c. sicut. & cum bertoldus, de re iud. cum simil. Quin fatuus iudex, qui idipsum fecerit, utpote qui uiam aperiat suæ ipsius impugnandæ sententiæ, ut dicit Imo. in l. si is ad quē. ff. de acqui. hær. Nisi adiiciat dictionē maximè, ut pulchrè per ipsum Panor. in. c. ex parte, de concess. præbē. in hoc tamen casu debet iudex cām, aut minutæ, aut auctæ pœnæ in sententia exprimere, ut nominatim uoluit Bald. in repe. d. l. quid ergo. §. pœna grauior, col. 6. versi. istorum op. in fi. & in. l data, col. 2. versic. & ex hoc infero, iunctis his, quæ priùs dixerat. C. qui accus. non pos. & Saly. in. l. properandum. §. illo procul dubio, col. 2. versi. aut quæritur quò ad ipsius. C. de iudi. & Pau. de cast. consi. 328. clarum est in iure, ad fin. lib. 2. & Io. de pla. in. l. ult. C. de muner. lib. 12. & Ange. are. in tracta. maleficiorum, in uerbo, quas si non soluerit infra decē dies, col. 5. versi. & aduer-
55 tas in fi. † Nec in hoc casu solùm, sed & semper aliàs, cū ex causa iudex recedit à iure cōi, debet eā causam adscribere, per tex. in l. sciendum, de appel. reci. quem ita allegat Luc. pen. in. l. 1. col. 1. in fin. C. de his qui non imple. ītip. fac. sol. sunt. lib. 10. & Panor. in. d. c. sicut, col. 2 versi. 4. & ibi latè Fely. col. 9. ver. dum Doct. ponūt. ubi ex hoc dicunt id quod suprà diximus, scilicet quòd si iudex ex causa recedit, debet eā cām nominatim adscribere, quod & ante eos uoluit Io. and. in addi. Spec. tit. de sen. & quę ipsam

ipsam seq. §. qualiter, versi. uerùm si rationes, per text. in c. calumniam, de pœnis, & in. §. oportet, in authē. de iud.
56 †Ad quod facit quod notabiliter scribit Inno. ille parēs iuris canonici in. c. præterea, in fi. iunctis his, quæ ante dixerat de dilat. quod iudex qui citationē, aut aliud quidquis prima facie illicitū, & iniustum decernit, quod tamē ex aliqua eā iustificari potest, debet ipse iudex eam cām exprimere, aliàs non tenetur citatus obedire. Quod dictum pleriq; oēs ad hoc allegant, quod ubi alicui ex aliqua causa licitum est à regulari iure recedere, non sufficit cām subesse, nisi illa exprimatur. & inter cæteros Oldra. consil. 326. quòd articuli dati. col. 2 versi. itē non sufficit. ubi per hoc concludit idem esse in papa, qui ex causa aliquid contra ius cōcernens uniuersalē statum eccle siæ rescribit, ut uidelicet debet cām exprimere. quod dictum pro sing. citat omniū singularissimus Roma. consil. 483. dubitatur primò utrū electio. col. pen. versi. 2. respondeo, ubi & p no. allegat. sed & sequitur illud dictū Inno. sed & pro sing. citat idē Roma. consi. 499. in præmissa cō sultatione, col. 1. ubi & sequitur quoq; illud dictū Oldr.
56 †Quin & illud dictum Inno. sequitur & dicit no. Panor. in. c. 1. col. 2. versi. 2. in glo. 2. in fi. de cler. non resid. ubi & per hoc dicit quòd licet actus indifferens ad bonū & malum, sit ad bonū in dubiò referēdus. c. estote, de reg. iur. Tamē si actus in se malus est, ad malū in dubio est referēdus, licet possit habere aliquam excusationē. ad quod ēt allegat in arg. c. 1. de præsump. & l. nā ludus. ff. ad legem aquil. Et pro hoc dicto Panor. dicit Fely. in. c. 1. col 5. in 5. ampliatione, de re iud. esse text. ualde sing. in. c. dilecti. de accus. per quē Io. de ana. ibi, col. 2. post Pe. de auch. dicit sing. limitati theoricā Bar. in. l. non solū. §. sed ut probari. ff. de ope. nou. nun. & ibi quoq; Pan. in. 5. no. dicit il
57 lum tex. esse ad hoc sing. †Sequitur quoq; illud Inno. dictū, Ant. in. c. ulti. col. ult. de libel. obl. ubi & per hoc dicit post ibi, quòd sufficit aliquid esse notoriū secundùm regularem cursum, licet aliquo casu accidentali excusari possit. quod & idē uoluit ipse Inno. in. d. ad testiū. §. 1. in prin-

in prin. ff. de testib. vbi etiam allegat Innoc. ubi suprà, &
glo. in cle. ult. de reserip. & quod no. in l. oës. §. lucius. ff.
58 quæ in frau. cre. † Sequitur item, & cõmendat illud dictum Inno. multisq; similibus condecorat Fely. in d. c. 1. quo loco nuper citauimus, de re iud. & in d. c. sicut, loco suprà allegato, & in c. cùm ordinẽ, col. 7. in. 3. consideratione, & in c. super literis, col. 11. versi. decima regula. de reserip. & in c. 1. col. 17. in fin. 7. fall. de consti. & nouissimé Philip. Dec. consi. 8. uiso puncto, & diligenter examinatis omnibus, in princip. ubi & multa similia aggregat.
59 † Sed, & illud dictũ sequitur, cõmendat, & elegãter enarrat Bar. in l. 2. in utraq; lect. & utrobiq; col. 1. ff. si quis in ius uoc. nõ ier. & Bal. in l. 1. §. usus, in fi. ff. de procur. ubi per hoc dicit, quòd in citatione, ut quis personaliter ueniat, debet exprimi causa, cùm sit contrarius cõe, per. l. ulti. C. de procur. id quod reputat not. Philip. Dec. in. c.
60 personas, col. 5. uersi. tertius casus, de appel. † Sequitur etiam illud Inno. dictũ Raph. Cuma. consi. 60. uisis compromisso, &c. ubi per hoc notabiliter consuluit, quòd si per statutũ sit prohibita nullitas, quãuis tamen possit aliquo casu proponi, uidelicet cùm est ex defectu iurisdictionis, secundũ glo. ord. in cle. 1. de seq. pos. & fruc. Tamen non admittendus est proponens simpliciter nullitatem, non allegata ipsa causa ex defectu iurisdictionis.
61 † Sequitur deniq; Fran. Are. in l. in illa, col. 5. ver. 3. adde. ff. de ver. obl. & in. c. significauerũt, col. pen. de testib. ex eoq; infert, quòd illa qualitas dicitur notoria, quę prima facie de iure cõi est talis, licet possit subesse cã, propter quã redderetur falsa ad quod ẽt allegat. c. ad decimas, de rest. spol. lib. 6. & Bar. in d. l. 2. & licet illud dictũ Inno. in d. c. propterea, sit omnibus celebratissimum, & quibusdam reputatũ sing. ut patet ex suprà dictis, idẽ tamen fermè voluit ipse Inno. in. c. prudentiã, in princ. ubi
62 & alii doc. de offi. deleg. † Huc vergit, & tex. not. in l. 1. C. de præd. curial. lib. 10 ubi quoties quis aliquid cõtra regulas iuris cõis consequi cõtendit, cãs eas, ob quas id iure consequi potest narrare debet. Et ita illũ tex. ad hoc

ponderat, & dicit no. Rom. cõsi. 163. cuius est initiũ, cõsultatio curiæ col. 2. ver. prima aũt, ubi & ad hoc dicit et facere tex. in l. si adulteriũ cum incestu. §. idem pollio. ff. de
63 adult. † Ex eodẽ aũt fonte manat, quod volutt gl. no. in l. 2. in gl. ult. ff. de appel. recip. q; si iudex pronũtiet nominatim seruũ torquẽdũ contra dñm, est sentẽtia ipso iure nulla, licet aliqñ seruus possit torqueri in dñm, non tñ regulariter. l. 1. C. de quæstio. quã gl. ad id pro not. citat Alex. in Lex diuerso. §. si in iudicio, col. 3. ver. sed quæri põt. ff. solmat. & Matheſil. not. 10. nota q; sentẽtia, ubi per eã gl. dicit q; sentẽtia lata exp̃sse cõtra regulã iuris cõis, est nulla, licet reperiantur aliqui casus excepti, in quib⁹ saluari posset illa sentẽtia, cũ illi casus nõ sint expressi in sentẽ-
64 tia. † Et idẽ uoluit Alex. ipse in l. 4. §. si quis condẽnatus, col. 2. ver. pro hoc etiã. ff. de re iud. cũ dicit, quòd sententia dicitur continere expressum errorẽ iuris, quando est lata contra regulam, nisi exprimatur tale quid in ipsa sententia, per quod appareat quòd sentẽtia iudicis sit lata in casu fallẽtiæ, ut dicit probari in. d. l. 2. in fi. cũ gl. ff. si quis in ius uoc. nõ ie. & ibi Bar. iuncta. l. 1. & 2. ff. de feriadeo (inquit) ad hoc ut ualeat citatio facta ad diẽ feriatam, requiritur, q; expresse citetur in cã alimẽtorũ, & si-
65 miliũ, quæ in die feriato expediri p̃nt. † Et bñ facit quod tradit Bar. in l. lucius, in fi. ff. de his qui not. infa. ubi cõsuluit iudicibus, vt si fidẽ testibus nõ adhibeãt, cãm eius rei in sentẽtia adscribãt, ne teneãtur posteà in syndicatu. sequitur Barb. in rub. q. admit. char. 6. col. 3. ver. & moueor. Et q; hoc casu teneatur iudex cãm exprimere, tenet Inn. quẽ tñ Bar. nõ allegat, in. c. quoniã cõtra falsam, col. 2. de proba. & faciũt no. per eundẽ Innoc. Panor. & alios in. c. cãm, quæ de sent. & re iud. & uide Bal. in l. cũ magistra-
66 tus. ad fi. ver. itẽ illud est. C. qñ prouo. nõ est necel. † His concinit, quod voluit Io. and. in addi. Spec. tit. de sent. & quæ ipsam seq. §. qualiter, versic. verum quòd ubi uictus non condemnatur in expensis, debet eius rei causa expri mi. quod, & uoluit ẽt Fed. Senen. cõsi. 139. quæst. nostra, col. ult. & Io. ã. Fab. in. §. hæc aũt, col. 2. ver. igitur iudex,

instit. de pœn. tem. litig. & Bal. in auth. generaliter, col. 4. versi. quia ergo propter multiplicitatē. C. de epis. & cle. & in auth. nouo iure, per illū tex. C. de iud. Card. flor. in cle. sæpe. §. & quia, in. 17. q. de verb. sign. ubi & illud dicit procedere generaliter, qñ iudex recedit à iure cōmuni, & ibi Geor. Natha in repe. col. pe. in glo. in verbo, in scriptis, vers. fallit. ij. Panor. in. d. c. sicut, de re iud. per tex. in §. oportet, in auth. de iudi. & Io. pla. in. l. ult. C. de munc. lib. 12. Ale. in. l. properādū. §. illo proculdubio. C. de iud. & consil. 183. in causa, & lite vertente, inter Franciscum.

67 col. 1. lib. 6. † Quibus cōsonat, quod dicit Ang. in. l. utiq; in fi. ff. de rei vend. quòd qñ fertur sententia contrā fundatam alterius partis intentionē, causa est eius rei expri menda. Et Anto. in c. per tuas, col. 7. per text. ibi, de sen. excō. q̄ sufficit sententiā habere in se euidentē iniquitatem, licet causaliter saluari possit. Et quod ante illos scribit Barba. in. l. quotiens, per illū text. ff. si quis caut. illud non dicit dubiū, de quo est regula, licet sint aliqui casus speciales, nisi & de illis spāli fiat mentio. & allegat not.

68 per se in d. l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. † Quorū sentē tiam manifestè approbat tex. in. c. qntauallis, de iureiur. ubi iuramentū de exheredando filium, censetur illicitū, licet aliquo casu possit esse iustum. Atq; etiam tex. in. c. constitutis, de elec. per quē dicit ibi Panor. in. 1. notab. q̄ ubi per libellū petitur aliquid contra regulas iuris, debet exprimi cā, ex qua peti possit. ad quod et allegat Inno.

69 in. d. c. præterea, de dilatio. † His quoq; attestatur, quòd licet in appellationibus à diffinitiua interpositis non sit necessaria causæ expressio. l. scio. §. quid ergo, &. l. appellanti. §. nō soluere. ff. de appel. &. c. quò ad consultationem, &. c. cùm in ecclesia, eo. tit. tamē in notoriis, in quibus regulariter nō admittitur appellatio. c. cùm sit romana, &. c. consuluit, &. c. cùm spāli. §. porrò, de appel. & in aliis casibus in quibus regulariter prohibetur appellatio, necesse est cām in appellatione à diffinitiua inserere, ut uoluit Inno. in. c. pastoralis. §. præterea, de offi. deleg. & c. ad nostrā, & ibi expressius Pan. col. vlt. ver. ult. scias, de app.

app. & Spe. ti. de exce. sen. §. nūc dicēdū. ver. sed nūquid in totū. Rom. cōs. 324. in proposita cōsultat. in fi. ubi hoc dicit esse de mēte glo. in c. romana. §. si aūt. de app. lib. 6. ubi ēt uoluit Pe. de anc. col. 3. ver. 11. colligit. & Pan. i. d. c. cū sit romana, & in. d. c. cōsuluit, & ibi Phil. & recētiores, & idē Pa. in. d. c. quò ad cōsultationē, col. pe. & in. c. cū super in 6. no. ubi dicit esse menti tenēdū, & utrobiq;

70 recētiores, de re iu. & Cu. d. cō. 60. col. 1. † Illud tñ quod diximus req ri expressionē causę, cū pena augetur, uel minuitur, intellige procedere ad ipsius iudicis excusationē, uel snīæ suppletionē (ut nostri loquūtur) nō aūt ad ipsius snīæ substantiā, uel ualiditatē. Nā si sine cā hoc facit, lex supplet id quod deest. l. 4. §. si quis cōdēnatus. ff. de re iudicata dicit Bal. in d. §. pœna grauior. loco suprà citato, & Salyc. in. d. l. properandū. §. illo proculdubio. C. de iud. ubi ēt Alex. & quòd ipsa cā nō sit hoc casu necessariò exprimē da ad ualiditatē snīæ, tenet bar. in. l. relegatorū. §. ad tps, in fi. ff. de iterd. & rele. & in d. §. pœna grauior, col. 2. ver. itē similiter, & ver. 3. est uidēdū. ubi & hoc idē firmat Alberi. post Ray. col. 12. ver. itē quæro. & sētit idē Bar. in. l. quod ad statū. ff. de pœn. & latè Fely. in d. c. sicut, col. 10. ver. cæterū dixi, de re iu. Porrò scio id plerūq; obseruari, ut cū in nostris iudiciis discedimus ex cā à cōibus regulis, uel leniēdo pœnas ordinarias, uel alias adijcimus illā vulgarē clausulā. (Pour certaines causes & cōsideratiōs à ceaous mouuās.) uel illam, (Et pour cause.) ut cum dicitur, (Sans de despens, & pour cause.) quāquam nostris moribus hæc non sint necessaria.

SVNT AVTEM multæ cāæ, ob quas iudex possit, & debeat minuere, atq; ēt prorsus remittere, aut augere pœnas à iure, uel statuto, uel cōsuetudine determinatas. Quarū hic plurimas o pæpretiū eē duxi, adscribere. Nā huius rei usus, quām sit frequēs, quāq; necessarius, nemo est q̄ neseiat, ut in simili dicit Iurecōs. in. l. 1. in prin. ff. de app. Et ut alibi scribitur, quæ quotidiana sūt, ea ueluti studiosius attingere debemus. l. legaui. ff. lib. leg. Cās ergo minuēdi & remittēdi primū aggrediamur. Nā de utrisq; per mistim dicemus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

An & quibus ex causis pœnæ legum, consuetudinum, statutorum temperandæ sint, aut etiam remittendæ.

SVMMAE.

1 Delinquens, ira aut dolore commotus, lenius puniendus est.
2 Iniustum uel prauum quis non committit Aristoteli, qui ira aliaue animi perturbatione fractus, aliquid patrat.
3 Maritus uxorem in adulterio deprehensam confestim interimens, nõ tenetur lege Cornelia de sicar.
4 Dolor, an sit legitima excusatio patrati sceleris.
5 Iracundia percitus, ac prouocatus, si quem percutiat, an teneatur.
6 Tutelæ legitimum modum supergressus, si aggressorem interimat, punitur tanquam culpabilis, non tanquam dolosus, et nu. 8.
7 Rixa, metus instantis periculi, et intensus dolor, pessimi sunt consultores.
9 Homicida uoluntarius, et dolosus non habetur, qui prouocantem, et postmodum fugientem interimit.
10 Iratus occidens eum, qui non dedit causam iræ, quæ occisorem ad maleficium impulit, an, et quomodo puniendus.
11 Lege Cornelia de sicar. an teneatur is, qui prouocatus, in se defendendo modum legitimum excessit, et dedit operam rei illicitæ.
12 Iniurijs prouocatus, alteri uicissim iniurios perèi, non est puniẽdus.
13 Iniuria facta Deo, grauior est ea, quæ fit homini.
14 Blasphemijs Deum impetens, ultimo est supplicio plectendus.
15 Platone mitius punitur, qui ira concitatus, quàm qui sponte quemquam occidit.
16 Dolor delictum minuit. et super hoc exempla historiæ Rom. nu. 17.
18 Fabricianus Senatus decreto liberatus est, cùm etiam matrẽ eiusq; adulterum occidisset.
19 Matrem interimens patris ulciscendi causa, humano, et diuino iudicio liberatur.
20 Peccat quis leuius cùm in foro iudiciali tum conscientiæ, si quod peccat iracundiæ æstu accensus, quàm si nullo omnino iracundiæ commotus id admitteret.
21 Iracundia inimica est consilio.

22 Delicta admissa præ ira aut dolore, lenius plectenda.
23 Doloris affectus imperare, difficillimum.
24 Iracundiæ calore dicta factaue, irrita nullius q; esse momenti Iureconsulti sanxerunt.
25 Confessio iudicialis calore iracundiæ facta non nocet.
26 Iuramentum factum calore iracundiæ, non tenet.
27 Votum emissum calore iracundiæ non ualet.
28 Electio facta iracundiæ impetu, irrita.
29 Beneficij secundi acceptatio facta ui, iracundiæ non facit primum uacare.
30 Professio iracundiæ æstu facta, nec tenet nec obligat.

1 PRIMVM igitur, ut ab ea exordiar, q̃ frequẽtius usu euenit, videlicet, cũ qs impellẽte ira, aut dolore deliquerit, is. n. lenius puniẽdus est, l. aut facta. §. causa. ff. de pœ. & l. si nõ cõuicij. & ibi not. C. de iniur. & l. 2. C. de aboli. & c. si quis iratus. & ibi gl. 2. q. 3. & not. etiã glo. & in l. 3. ff. de diuor. & in l. q cquid. ff. de reg. iur. & in c. diuortium de pœ. dist. 1. & Rom. singu. 510. volo cõmentare ante fi. Iracũdia. n. sæpe innocentes adducit ad crimen, c. ira. 11. q. 3. & quod inconsulto calore fit, calumnia caret. §. notandũ 2. q. 3. qui quidẽ. §. deprõptus est ex imis uiscerib⁹ tex. l. 1. §. quæri. ff. ad Turpil. quẽ ad hoc pro notabili citat Franc. consi. 80. sicut decet. col. vlt. q̃ non propriè dicitur dolosè, & ex animo factum, quod per irã delinquitur. Et vt scribit Aristoteles philosophorũ antistites, lib. 5. Moralium Nicomachiorum, c. 8. Quæ ob iram, aliasq;
2 animi † perturbationes quæcunque necessariò, uel natura hominis accidunt, iniuriam quidem faciunt, sed non-
3 dũ idcirco sunt iniusti, uel praui. † Ideoq; licet non permittatur marito uxorẽ in adulterio deprehensam occidere, l. nec. in ea. §. ult. ff. de adulter. tamen quia uxor alterius concubitum patiendo, iniuriam uiro, domuiq; suæ infert non modicã, l. si maritus sit. §. lex Iulia. & similes. §. socer. ff. eo. ti. ob eãq; rem maritus tantũ dolorẽ haud dubiè cõcipit, quàm alius nemo, uel ipsius uxoris pater. l. 2. §. si. ff. eo. vsq; adeò, ut uir molestius ferat uxoris adulte-

4 rium, quā filii interitū, ut clanculū innuit tex.ī.l.codicil
lis.§.mat re.ff.de leg.2.quē ita intelligūt Ray.Bal.& alii
ibi,cū cōcor. quas tibi adduximus in noſtris legibus cō-
nubialibus.l.13. nu.27.icip.igiturvt redeamus.iō ſi mari
tusvxorē in adulterio cōperta cōfeſtī iterimat,nō punie
tur,ut cæteri homicidæ,pœna legis corneliæ,de ſicar.i.
ultio ſupplicio,ſed tātū relegabitur,ut eſt tex.elegās,ī.l.
ſi adulteriū cū iceſtu.§.imperatores.ff.de adult.qui eius
rei rōnē reddit memoriæ pœnitus præcordiis infigēdā,
quoniā difficillimū eſt iuſtū dolorē temperare. Quē tex-
Ang.ibi dicit allegari ꝓ illis qui aggrediūtur aliquē ſibi
uerba iniurioſa dicentē,ut uidelicet ſint mitiùs puniēdi.
Et illū ſing.facit Panor.in.c.1.de iniur. Fran.Are.conſil.
34.uiſis diligenter teſtibus. paulò ante fin.& Iaſ.in.l.ut
uim,col.3.ver.tertiò multū aduerte.ff.de iuſti.& iur. Val
de aūt ſingu.dicit Fely.in.c.ſignificaſti, huius initij 2.col.
4 pe.ver.tertia concluſio.de homicid.†Eſt tamen illi in ea
deciſione tex.ſimilis in.l.1.§.ulti.ff.de ſicar. & in.l.3.§.ſi
maritus.ver.ſi tñ maritus.iuncta glo.ff.de SC.Silla.& in
l.gracchus.C.de adult.& in.c.ſi uerò, huius initij 1.ver.
nec ille cōpellendus.& ibi gl.& Panor.in.5.not. de ſent.
excō.& facit tex.in.l.diuus,& ibi gl.ff. de parri.& quod
uoluit gl.in.c.inter.33.q.2.per tex.in.d.l.gracchus. Qui
bus germanum eſt illud Ouidianum lib.4. Metamorph.

Quanuis amor excuſare dolorem
Indiciumq; dolor poterat.

id eſt,amor Clyties,quo Solem deperibat,excuſare po-
terat dolorē,quem ex Solis & Leucothoēs adulterio cō
ceperat.Quo quidē dolore mota Clyrie ipſa,id Orcha-
mo,patri Leucothoēs indicarat, propterea q; excuſaudā
ſe dicit Clytie,quòd ea nō mediocri dolore impulſa id-
5 ipſum fecerat.†Per illū aūt tex.in.d.§.imperatores, dicit
no.Panor.in.d.c.1.de iniur.quòd licet qui iracūdia perci
tus,prouocatusq; aliū percuſſerit,ex ea percuſſione te-
neatur,per tex.ibi,& in.l.ult.ff.de ſicar.& alios,quos ibi
adducit,is tñ leuius eſt puniendus. Quod & idē fermē di
cit per illūmet tex.ipſe Panor.in.c.dilecti filii,ante fi.de

excep.

except.& ibi recētiores,& in.c.cū te,col.antepe.ver.ſed
pone,quòd.de re iudi.& in.c.ex literatū. de apoſta.& in
c.ſtatuimus,de maledi.& in.c.olim ex literis,col.2.uerſi.
& ex hoc no.de reſcrip.ubi dicit ualde no.ad hoc tex.in
d.§.imperatores,& rurſus idē Pano.in.d.c.ſi uerò, ſuprà
6 alleg.†Cui ſentētiæ proculdubio cōuenit,quod tradit ex
cellētiſſimus ille decretorū doct. Io.And.(ita illū appel-
lat Fede.Senē.cōſi.1.col.pe.)in addi.ad Spec.in rubr.de
homic.ad fi.uer.eſt quæſtio & in.c.ſignificauit.per illum
tex.in uer.antecedētes,iuncta gl.de pœn. & remiſ.quòd
& ſi nō licet excedere moderamē inculpatæ tutelæ,iuri-
bus uulgatis,ſi tamē quis ſe defendēdo legitimū modera
men ſupergreſſus,aggreſſorē interemerit, licet ob id pu
niri debeat,tamē non tenetur lege Cornelia de ſicar.ſed
excuſatur.ut nō oīno puniatur tāquā doloſus ſed mitiùs
tanquā culpabilis.Ad quod ēt alleg.l.lex Cornelia.ff.de
ſicar.&.l.1.C.eo.&.c.olim,huius initij 1.in fin.de reſti.
ſpo.ubi idem quoq; dicit Anto.& ſequitur ēt Bal.in.c.1.
7 §.ſi qui uerò,huius initij 1.in fi.tit.de pac.iur.fir.ubi†ele
gāter dicit,quòd rixa,& metus inſtātis periculi,&nimius
dolor tollit de liberādi cōſiliū,& quod hō intenſo dolo-
re permotus,nō eſt in plenitudine intellectus,per tex.in
d.l.gracchꝰ. Idē quoq; ſequitur ipſe Bal.in.c.1.in uerbo,
uitā ſuā defendēdo,ti.de pac.tenē.& in repe.l.2 col.1.in
9.q.C.unde ui,& in.d.l.ut uim, circa ulti. col. & ibi latè
Iaſ.col.3.& latiùs Claud.de Seyſel.in ſua rep.ff. de iuſt.
& iur.& idē Bal.in.l.īperator.huius initij 2.in 2.lect.ver.
quæritur pr̄.ff.de ſtat.hom.& in cōſi.109.qui mortē ali-
ter uitare nō ualēs.poſt med.lib.& iterū cōſ.312.uiſis a-
ctis,col.ult.eo.lib.4.& Io.Fab.in 8.ius aūt gentiū. col.3.
ver.itē credo,quòd ſi inuaſus,inſti.de iur.nat.gē.& ci. &
Saly.in.l.quoniam multa.C.ad leg.iul.de ui pub.& Pau.
ca.conſil.255.uiſo ſupra ſcripto puncto, col.ult.lib.1.&
conſil.277.in cauſa incarceratorum,col.3.uer.ex his ſe-
quitur,lib.2.& Rom.ſing.3.ſi quis exceſſerit.ubi hoc re
putat ſing.& in.l.cū mulier,col.32.uerſi.aduerte tamen,
quia etiam offenſa.ff.ſol.matrim.Flori.in.l.ſcientiam.§.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui cùm aliter ff.ad legẽ aquil. Alex.in addi.Bart.in.d.l. 1.col.ult.C.unde ui,& cõsi.76. uisa inquisitione contra Fortunerũ formata,col.1.lib.1.& cõsi.109.uisis,& ut oporter cõsideratis oibus,col.3.ver.& ad hoc alleg. eo.li. 1.& cõsi.24.aiaduersis his.quæ tã per testes,col.2.lib.2. & cõs.140.uidetur in casu proposito,col.pe.& ult.eo.li. 2.& cõsi.2.uiso processu in cã,col.pe.lib.7.& cõsi.19. uiso processu inquisitiõis,col.4.ver. & posito.eo.lib.7.Et Frã.Are.d.cõsi.34.añ si.ubi & hoc facit sing. & cõsil.80. sicut decet huius festinatio,col.pe.uer.circa secundũ,& cõs.165.sicut Io.dicit in Apocalypsi,col.ult.& Ang.Are. in.§.ius aũt gentiũ.col.3.ver.unũ addas.insti.de iur.nat. gen.& ci.ubi ẽt facit sing.text.in.d.§.imperatores,& in tract.malefic.in uerbo,& dictus Titius se defendẽdo,co. 4.in paruis,ver.aduertas ẽt.ubi & illum tex.dicit sing.& Phili.Corn.cõsi.107.uisa inquisitiõe,col.2.lib.1.& cõsi. 204.pro decisiõe pñtis cõsultationis,paulò añ si.eo.lib. 1.ubi & hoc reputat sing.& cõsi.134.in cã magistri Pauli,col.1.lib.3.& Cepol.in cõsiliis crialibus,cõsi.1.col.3. ver.præsumptiones aũt.Soci.cõsil.178.primo aspectu.in fi.Fely.in.d.c.dilecti,col.antepe.versi.secũda declaratio, de excep.ubi ad hoc multa latè congerit,& in.c.sicut ex literis,in fi.de iureiu.&in.c.qualiter,huius initii 2.§.ult. col.7.de accusa.& d.c.significasti,huius initii 2.col.pen. de homic.ubi hoc reputat sing.& Lud.Bolog.consil.36. cor mũdũ,&.c.præsupposita igitur casus natratiõe,col. 5.ver.tertiũ moderamẽ,& late consil.seq.col.2.& seq.& cõsi.63.cor mundũ &c.uiso igitur statuto.col.3.ver. po-
8 stremò dato,non tñ concesso.†Quod multis modis est ampliãdũ.Primò,ut habeat locũ,ẽt si is quẽ alter aggressus est,modũ ex proposito excesserit,ut hoc quoq; casu nõ puniatur pro toto,sed pro excessu tãtũ,& sic mitiùs, ut dicit Bal.in.d.l.ut uim,ver.cognoscũtur,col.3.ubi elegãter dicit,sic turbatus nõ põt semper habere statẽram in manu.& in.c.2.ver.ecce exemplũ de moderatione,de uit.& hon.cle.per tex.in.d.c.olim,in fi. reprehẽditq; gl. cõtrariũ sentientẽ,in.d.c.significasti,de homic.&aliã gl.

in sũma.33.q.1.idẽ uoluit Saly.in d.l.gracchus,col.ulti. & Ant.in d.c.olim circa ult.col.& Ang.cõs.76.& 109.& 140.& 283.& 119.suprà alleg.& Frã.Are.d.cõsi.80.ante fi.imò voluit Panor.in d.c.significasti,in duob9 locis,uidelicet col.2.& pe.post glo.ult.ibi,q; si nõ ex proposito modũ excesserit,sed indeliberatè,furore iracũdiæ accensus,oino nõ teneatur,per d.c.olim,id quod ẽt uoluit gl.
9 in summa.23.q.1.† Amplia secundò procedere,ẽt si is, qui prouocauit,aufugiat,& eũ fugientẽ prouocatus interimat,ut uidelicet non teneatur,ut dolosus,& homicida uolũtarius,sed ut culposus,(ut nostri loquũtur)ita.n.uoluit Cy.post Iac.de are.in d.l.2.col.pe.uer.itẽ quęritur, pone quòd quidã aggressus,& ibi ẽt Ioã.Fab.circa med. Bal.col.6.ver.10.quæritur.C.unde ui,ubi ipse Bal.dicit esse no.dignũ,& Ant.in d.c.olim,col.ulti.ver.inquãtum dixi,& ibi ẽt Panor.col.8.uersi.aduerte tñ. ubi hoc dicit no.facitq; ẽt no.text.in d.§.imperatores,& Luc.Pen.in l.deuotũ,col.3.uer.2.quæritur,quid si me percutias.C. de meta.& epi.li.12.& Io.Ana.in.c. si perfodiẽs,in fi.de homi.& Io.Lig.in tract.de Bello.c.98.incip septimò q̃ritur.Pau.cast.in d.cõsi.275.col.ult.lib.2.ubi dicit,quòd ita uidit Bal.Papiæ cõsulentẽ.& Ang.Aret.in trac.malef. in uerbo,& dictus Titius se defendẽdo,col.5.ver.quæritur,Titius.Frã.Are.d.cõsi.34.ubi hoc facit sing.& d.cõs. 80.ad fi.& Corn.d.cõsi.204.in fi.lib.1.ubi hoc dicit notabile,& Fely.in.d.c.dilecti,ubi monet ne hoc dictũ obliui scantur,quia uix posset esse aliud notabilius,& in d.c.significasti,huius initii 2.de homi.& Bolog.d.consil.36.& Hipp.Marsi.sing.106.occidẽs aggressorẽ.ubi hoc reputat sing.& è Theologis Ang.Cla.in uerb.defensio,uersi.
10 ult † Amplia tertiò istud obtinere,ẽt si,qui occisus est, nõ dederit cãm iræ,quæ occisorẽ ad maleficiũ ipleuerit, ut uidelicet in hoc casu sit mitiùs puniẽdus,ut dicit sing. Rom.in.d.l.mulier,loco superius alleg.p tex.quẽ ad hoc dicit sing.in.l.lex Iulia,in fi.ff.ad leg.iul.repet.ubi qui calore inducti interfecerunt,uel innocentẽ,uel quẽ punire non debuerãt,& sic qui nullo mõ interfectorẽ offende-

rat, ī insulā deportari debēt, quāuis aliàs homicida quod fecit semper expectare iubetur. l. nemo. C. de epis. audiē. & hoc dictū Roma. refert & sequitur Alex. ī addi. ad Bar. in d. l. lex Iulia. & Fely. in d. c. dilecti. vbi dicit hoc dictū esse notabile. & multa homicida posse eo mō a pœna mortis excusari, & Hippo Marsi. qui hoc dicit sing. in suo
11 sing. 270. incip. homicida puniēdus est. † Amplia quartò, & id admodū notandum est, ēt si is qui se defendēdo modum cessit, dabat operam rei illicitæ, per tex. in d. §. imperatores & in d. l. Gracchus nā & ita voluit Ang. in l. si cū seruo. ff. de iniur. Flo. ī d. l. sciētiā. §. qui cū aliter. ff. ad
12 leg. aquil. † Supradictis nimirū concinit tex. not. in l. qui cū maior. §. si libertus. ff. de bon. liber. vbi scribitur ignoscēdū eē ei qui voluit se ulcisci prouocatus. Per quē Speculā. (quē patrē practicæ appellat Iason ī l. hac cōsultissima col. 1. C. qui testa. face. pos.) in ea fuit sentētia, in tit. de accusatore, §. 1. ver. quid si te uocauit ut is nō debeat puniri, qui iniuriis prouocatus alteri uicissim iniuriā dixerit. Ad quod ēt allegat l. 1. §. cū arietes. ff. si quad. pauper. fecit. dicat. ubi & hoc refert, & sequitur Flor. & id quoq; latè cōfirmat Luc. Pē. in l. erat. ī 5. q. C. de cast. pec. li. 12. multa ī eā rē afferēt, quæ breuitati cōsulēs omitto. Quā sniam etsi Pan. apertè reprobet ī oībus fermè locis, quos suprà citauimus, n. 4. icip per illū aūt ī eo uidelicet, quòd Spec. diceret hūc nō eē puniendū, dicit tamē Pan. mitius eē puniēdū, quàm si nō prouocatus iniuria fecisset. Et sequitur Fel. latè, locis, suprà citatis, & ante eos uoluit Pet.
Iac. ī tit. de actio. iniur. pretoria, co. ult. uer. sed quid erit,
13 per text. in d. §. īperatores, & in d. §. si maritus. † Nec id solùm procedit, cū homini fit iniuria, de qua locuti sumus, sed & cū fit Deo, cuius iniuria est multò grauior, quàm quę homini fit. c. sūt qui 17. q. 4. & c. moner. 22. q. 2. æquū est. n. ut tātò grauior sit det iniuri a, quāto Deus est homine superior. l aut facta. §. persona. ff. de pœ. & l. oīs. §. 1. ff. de re mili. & §. atrox. Iusti. de iniu. Ideoq; si quis contra
14 Deū blasphemauerit, † de iure ciuili ultimo supplicio punitur, ī auth. ne luxu. homi. cōt. na. post prī. de iure Canonico,

nico, aliis grauibus citra mortē suppliciis plectitur, quæ cōtinētur ī c. 2. de mal. T ñ qui calore iracūdię ligua ī blasphemiā cōtra Deū publicè relaxauerit (ī eo. n. casu loquitur. d. c. 2. pœ.) ñ punitur illius c. ſ3 benigni⁹ cū eo agitur, ut uoluerūt. Gof. Ab. Antiquus, Hēric, Bohic. co. 1 & Pan. qui no. distinguit Io. And. & alij ī d. c. 2. per tex. in l. 2. ī fi. C. de iniur. & in l. si nō cōuicij. C. de iiur. & alia iura, quæ allegāt. Quod et uoluit Arch. ī c. quid ergo ī fi. 23. q. 5. dicēs Hieronimū ibi de hmōi blasphemia loqui, quæ scilicet fit calore iracūdiæ, cū leuē esse culpā asserit. Idē quoque nouissimé tenuit Phil. Dec. cōsi. 163 ī causa matrimoniali. col. 7 uer. nō obstat illud dictū de blaspemia. ubi et illud subdit, ꝙ qui per iracundiā in ludo fortè blaspemauerit, non dicitur proprie blasphemator. allegat Cy. bal. & Saly. in l. 2. C. de iniur. & Bal. in l. 2. C. ad leg. Iul. maie.
15 quod dictū oīno aduersatur dictioni Pan. ī d. c. 2. † Quid plura? Plato grauissimus oīum philosophorū, & princeps (ita. n. cū uocat Tullius li. 2. de legibus) illū quoq; leuius punit in suis legibus, qui ira cō citatus, quàm qui spōte alterū occiderit. Nā ille qui consultò ciuē manu propria p iniuriā interfecerit, morte plectitur, at cū is qui primo irę impetu, absq; p̄meditatione interficit, inuolūtarii, (vt inquit) homicidæ similis iudicatur, nō tñ oīno inuolūtarius est, sed inuolūtarii habere similitudinē dicitur, ille autē q irā seruās, nec repētè, sed cū ilidūs se postea uindicat, homicidæ volūtarii sit persimilis, nō tñ oīno volūtarius est. Idcirco si quis hominē liberū nō præmeditatione, atque ilidijs, sed repētè ira cōmotus interemerit, duobus ad domandā irā annis exulet, ut ira eius diuturnior diutius puniatur. Ita Plato sanxit lib. de leg. 3. & meminit Eusebius ad Theodorū in præparatione euāgelica, lib. 13. c. itē 13.
16 † In qua re Plato, vt aliàs sæpissime Moysis legē imitari videtur, qui etiā sanxerit eum mitius esse puniendum, qui dolore stimulatus eū interemit, qui proximū occiderat. ut scribitur Deuter. c. 19. Quē locum enarrans Ale. Ales, Thelogorū Scholasticorum verus Achilles, in 4. part. suæ Summæ q. 86. mēbro 3. artic. 1. Multa, inquit, perpetrata instan-

instante dolore remanent impunita, quæ si cessante dolo
17 re fierẽt, esset puniẽda. † Nec abs re fuerit duo exempla
historica à Valerio Maxi. lib. rerũ memoraliũ 8. c. 1. me-
moriæ prodita hoc potissimũ loco recensere. Primum, de
muliere quadã, quæ matrẽ fuste percussam interemerat,
dolore cõmota necatorũ veneno, liberorũ, quos auia fi-
liæ infesa sustulerat, eãq; ꝙ parricidiũ parricidio ulta eẽt,
M. Põpilius prætor neq; dãnauit, neq; absoluit. Secũdũ,
de altera muliere, quæ virũ, & filiũ eodẽ tẽpore venenis
clã datis irata interfecerat, quoniã illi alterũ eius filiũ ex
viro priore genitũ ĩsidiis occidisset. Quã rẽ Dolabella ad
se delatã, Athenas ad Areopagi cognitionẽ reiecit, quia
ipse neq; liberare cædibus duabus cõtaminatã, neq; puni
re eã iusto dolore impulsam sustinuit. Areopagitæ aũt in
specta causa, & accusatorẽ & reũ post cẽtũ annos ad seve
nire iusserũt, eodẽ affectu moti, quo Dolabella. Sic neq;
absolutũ mulieris veneficiũ est, quod per leges nõ licuit,
neq; nocẽs dãnata punitaq;, quæ digna venia fuit. Quod
& Gellius repetiit lib. Noctiũ Att. 12. c. 7. Cõsimile eſt a-
liud exẽplũ quod Deũtheus lib. 3. rerũ Italicarũ, & ab eo
Plutarchus Cheronensis in suis Parallellis c. 71. scriptum
18 reliquit. † Cum Fabricianus matrem, eius adulterum Pe
troniũ Valentinum interemisset, cũ suum ipsius patrem
obtrũcasset, Senatus decreuit, ne res illa Fabriciano frau
19 di esset. † Sed & in præsentia uenit in mentem, quod elo
quentiæ uberrimus fons Cicero scribit in oratione, quã
totis eloquẽtiæ uirib⁹ scripsit pro Annio Milo. Itaq; post
principiũ, Nõ sine cã fictis fabulis doctissimi homines me
moriæ prodiderũt, eũ, qui patris ulciscendi cã matrẽ ne-
cauisset, variatis hominũ sententiis, nõ solũ humana, sed
ẽt deæ sapientissimæ sentẽtia liberatũ hæc ille. Quæ aũt ea
est fabula, tu uideris. Sed quod ad speciem in d. §. impera
tores, relatã, specialius pertinet, Valerius li. 6. c. 1. multos
strictim percurrit, qui dolore suo, quẽ ex uxorũ adulte-
rio cõceperant, pro publica lege usi sunt, eos quidẽ, quos
ĩ adulterio cũ uxorib⁹ deprehẽsos, aut ĩteremerũt, aut ca
strauerũt, aut familiæ stuprãdos obiecerũt. quib⁹ iræ suæ
indulsisse

20 indulsisse fraudi non fuit. † Adde & tu suprà dictis, quòd
non solũ in foro iudiciali (de quo iã multa disseruimus)
sed & in foro, quod conscientiæ appellãt, minùs peccat,
qui peccat calore iracũdiæ, quàm si nulla oĩno cõmotus
iracundia id faceret, ut ẽt cõstãter affirmat utriusq; fori
peritiss. Panor. in c. sicut ex literis. in 3. not. extrà de iure
iur. Horum aũt in promptu cã est. Is. n. quẽ ira, ut dolor
occupat prope est, ut sit furiosus, estq; veluti extra se,
suæq; mẽtis non est compos. Quod in se perspiciens Ge
ta Terentianus in Adelphis, Vix, inquit, sum cõpos ani-
mi, ita ardeo iracũdia. Et ĩ eadẽ fabula Mitio, Tãdẽ, ait, re
prime iracũdiã, atq; ad te redi. Propterea Horat. scribit,

Ira furor breuis est.

Quẽ in testimoniũ asciscit Bene. Plũ. in rep. auth. ex cã.
col. vl. C. de lib. præt. Cui & adstipulatur illud diuini illius
vatis Psal. 6. Dñe ne ĩ furore tuo arguas me, neq; ĩ ira tua
corripias me. Et eius filii Salo. prouerb. c. 27. ira nõ habet
misericordiã, nec erũpẽs furor. nã mos Hebræor⁹ erat sæ
pius eãdẽ sẽntiam alijs verbis iterare, ut patet ex eod. c. 27.
cum dicitur, Laudet te alienus, et non os tuũ, extraneus,
& non labia tua. Et Psal. 127. Vxor tua sicut vitis abundãs
in lateribus domus tuæ, filij tui stãt nouellę oliuarũ in cir
cuitu mẽsæ tuę, & alibi sæpe, ut hĩc ĩtelligas, & irã assimi
21 lari furori. † Bene igitur dicebat bal. quẽ supra retulim⁹,
ĩ c. 1. §. si qs uerò. huius initij. 1. ti. de pac. iura. fir. quòd nõ
hẽt deliberãdi cõsiliũ quẽ ira iã corripuit. Cui subscribẽs
Tul. in oratione pro M. Mar. Iracũdia, inquit, est inimica
cõsilio. Et ut ait uulgaris ille, non tũ contẽnẽdus author.

Impedit ira animum, ne possit cernere uerum.

quẽ citat glo. ĩ auth. de app. §. 1. in fi. & Spe. ti. de aduo. §.
uer. iracũdia. Et ita illũ versũ Grẽcẽ uertit Maximus Pla-
τύμος γὰρ πάντα νοὸν ἔχει ἀτρεκὲς ἀφρεῖν· (nudes.
Et est tex. 11. q. 3. c. illa. quòd cõmotionis tempore iustũ
22 putamus omne quod facimus. † Ideoq; Iureconsulti (vt
in omnibus rebus ita & in hac quoq;) prudẽtissimi sanxe
runt delicta, quæ in ira, aut dolore concitati cõmisimus,
non esse seueriùs puniẽda, idq; statuerunt conscientia in-
infir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

firmitatis,fragilitatisq;humanæ naturæ, de qua in l. hac consultissima.versi.& cum humana.C.qui testa.fac. pol. Quotus.n.quisq; pñtem iram,aut dolorem, uel dissimulare,uel comprimere põt,quin aduſq; factũ,dictumve improbum detegat?dolori,& iræ oẽs fermè cedimus, paremus,succũbimus difficillimum sanè est iustũ dolore temperare,ut iã diximus ex Iurisc̃ōsulti snīa, difficillimũ itẽ tacere,cũ doleas, ut scribit Cice. pro Murena Vix dolor frenos capit.ut dicit Atreus apud Senecã i Thyeste actu
233 3.Scena.1.†Quæ tot doctissimorũ,prudentissimorũq; uirorũ snīæ,uel ea potissimum rõne comprobantur, quòd sapientissimi,atque aliàs temperatiss.uiri huic se affectui imperare posse desperarũt. Plato ille fulgentiss.omnium virtutũ sydus,aduersus seruum ira percitus,vocato Speusippo sororis filio,aut ut alij contendunt,Xenocrate, Accipito,ait,tu,& verberato,nam & ego iratus sum, vereba tur sapientiss.uir, ne iræ frenos, modãq; dare nõ posset. cuius rei testẽ habeo Plutarchum in lib.de liberis educã. ubi &simile quidpiã refert de Archita Tarentino philolo pho Pythagorico,ipsiusq; Platonis contẽporaneo.quod & idẽ retulit in lib.de sera numinũ uindicta,& Lactan.in lib.de ira Dei,c.18.& ante eos Valerius Max.lib.4.c.1.& his prior M.Tullius lib.4.Tusc. qõ. Sed quod de Platone diximus,id quoq; Seneca graphicè descripsi lib.3.de Ira, his uerbis non potuit impetrare Plato a se tempus,cũ seruo suo iraſceretur,sed ponere illũ statim tunicã &præbere scapulas uerberibus iussit,sua manu ipse percussurus. Postquã intellexit irasci se, sicut sustulerat manũ suspensam detinebat, & stabat percussori similis. Interrogatus deinde ab amico,qui fortè iteruenerat, quid ageret,Exigo,inquit,pœnas ab hoīe iracundo.uelut stupẽs, gestũ illũ sæuituro deformẽ sapienti uiro seruabat,oblitus iã serui,quia aliũ quẽ potius castigaret,inuenerat. Itaque abstulit sibi in suos ptãtem. Et ob peccatũ quoddã cõmotior,Tu,inquit,Speusippe,seruulũ istũ uerberibus obiurga,nã ego irascor. ob hoc nõ cæcidi, propter quod alius cæcidillet.Irascor,inquit, plus faciam, quam oportet.

Non

234†Nõ abs re igitur iura sanxerunt, iracũdiæ calore facta, dictave,ut sint irrita,nulliusq; momenti,ut est tex.elegãs in l.3.in glo.ff.de diuor.& in l.quicquid,& ibi etiã glo. & Bar ff.de reg.iur. & in l.si filiam tuã.& ibi latè Ial.C. de inoffi.testa.& in ca. diuortium.ubi item gl.de pœnit.dis. 1. Ideoq; contractus calore iracundiæ factus, non tenet. l.licitatio.in prin.ff.de publi.&ita per illum tex.not.glo. in d.l.3.de diuor.& in d.l.quicquid.ubi ēr.Bar.loquẽs de uenditione.& gl.etiã in d.c.diuortium. & in c.si quis iratus.2 q.3.& Ro.singu.510.incip.uolo cõmentare.ubi tamen pulchrè limitat non procedere in contractu facto ad pias causas, per tex.quẽ dicit sing.in c.sunt qui opes. 17.q.4 & sequi uidetur Alex in addi.ad Bar.in d.l.quicquid.& Fely in ca.Matthæus.in ult.not.extrà de simu.de
25 quo & nos dicemus in priuilegijs piæ causæ. †Confessio quoque etiam iudicialis calore iracundiæ facta nõ ualet, ut uoluit glo.in cap.ex literis.in verbo,admonita.in fi.de diuor.quam sequuntur Anto.Imo.Panor. qui illam quoque facit sing.in c.olim de rescrip.Idem Anton.in c.atte stationes.de desponſ.impub. & Panor.qui illam dicit noin c.at si clerici.col.6.versi.iij.limitatur. vbi hoc limitat, & in c.ulti.col.4. uersi.nota unum casum. de confess.ubi dicit illam gl.ualde not.& in c.afferte.in pen.not. de præsump.& in c.cùm uenerabilis.col.3.uersi.nota bene.de excep.ubi & illã no.dicit,& in c.cum olim.huius initii 2.cope. uersi.in confessione.de priuil. ubi dicit se nescire eam glo.alibi,& in ca.si verò.col.6.uersi.nunc habes ex prædictis,de iureiu.vbi & illam quoque facit no.& ibi etiam Fely.col.2.uersi. de aliis actibus. & idem Panor.in ca.dudum.col.2.de cõuersi.cõiug.ubi etiam dicit sing.& in c.2. uersi.sed quæro quid si calore. de maled.ubi etiam item facit sing.& ibi etiam Ioan. Ana.col.2.& Roma.d.singu. ubi & illam dicit singu. & Fely.in d.ca.Matthæus, & ita etiam sentit Bald.post Azonem in summa, in l.1.col.ult. C.de ædilit.acti.Philip. Dec.in d.l.quicquid,de reg.iur.
26 † Nec etiam tenet iuramẽtum calore iracundiæ factum, tex.est in l.2.C.ad l.Iul. maie.,quẽ vnicum apud legistas

dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit Roma. d. sing. 510. vbi & asserit aliū quoq; esse apud canonistas unicū, in d. c. sicut ex literis. de iureiur. secundùm unum intellectū. & hoc certè ibi no. Io. And. & Ant. qui hoc distinguendo limitat, & Pan. qui illius distinctionem reprobans, tenet huiusmodi iuramentū indistincte nō ualere, & ibi etiā nouissime Fely. qui illi tamē distinctioī subscribit. & Pan. i d. c. si uerò. vbi suprà citauimus, de iureiurā. vbi & illam distinctionē sibi cōtrarius sequitur. & Phili. Deci. in d. l. quicquid. & è Theologis Anton. Flo. in 2. parte summæ, ti. 10. c. 5. col. 5. versi. quartus casus. vbi sequitur distinctionē Ant. Et in hāc sententiā bene facit, quod in iuramento deliberatio requiritur, ut post alios nouissimè scribit Gabriel Biel, recès theologus, sed qui nemini fermè antiquorū cedat. in 3. senten. d. q. 2. co.

27 2. uer. 2. notandū. † Neque votum calore iracūdiæ emissum valet, per gl. in d. c. dudū super ver. calore iracūdiæ. de cōuer. coniug. & ibi Ant. Pan. qui distinctionem Ant. quam in iuramento reprobauerat (ut diximus) hic amplexatur, & idem Pan. in c. ex literis ubi hanc gl. indistincté dicit procedere, motus authoritate Diui Thomæ, qui 22. quæst. 87. aliàs 88. arti. 1. dicit tria esse necessaria in voto, deliberationem, propositum, uoluntatem, & promissionem, sicuti etiam ipsum Thomam refert, & sequitur Arch. in c. qui bona. col. 1. 17. q. 1. & Io. And. in c. literaturam de voto. & subiūgit Pan. bene ad id facere d. c. literaturam, & etiam c. nuptiarū in princ. 27. q. 1. & quod dicitur in c. nō est. 16. quæst. 1. ubi Deus nō uult nisi militē uoluntariū, quæ omnia iisdē fermè verbis, ut à Pan. accepisse uideatur, usurpant, ut ab eo Pan. Roma. d. sing. 510. vbi ét dicit singul. gl. in d. c. dudū, atque ét Alex. in addit. Bar. in d. l. quicquid de reg. iu. Sequitur itē illā glo. Barb. in l. 1. in prin. col. 7. ff. de verb. obli. vbi & illā gl. citat pro sing. & Iason. i d. l. si filiā. qui ad hoc allegat d. c. sunt qui opes. & Fel. i d. c. Matthæus. & in d. c. si uerò. & Phil. Dec. in d. l. quicquid. Et in hāc partē uidetur inclinare Arch. in c. procliuus. 20. q. 3. & notatim uoluit Ant. Flo. ubi suprà.

28 Electio quoque calore iracundiæ facta, non ualet, ut uoluit

luit Firmianus, in suo ubere tracta. de episcopo, in prima parte, lib. 3. q. 35. per tex. ibi. c. auditis, de elec. in ver. prorumpit. & ibi quoq; cōfirmat, quæ de cōtractu, cōfessione, iuramento, & uoto diximus. Intelligitq; d. c. sunt qui opes. in donatione collata in piam cām, sicut intellexit

29 Ro. quē tamen nō allegat. † Præterea, acceptatio secūdi beneficij eodem mō accepta, nō facit uacare primum, ut uoluit Panor. post alios. c. inde multa, col. 5. ver. extra casum glo. de præbē. arg. d. c. ex literis, &. c. notandū. 2. q. 3. reprehenditq; Anto. ibi contrarium tenentē. & idem uoluit Cardin. Flor. in cle. 1. in. 1. oppo. de off. uica. & Fely. in. d. c. sicut ex literis, col. ult. & Philip. Deci. ubi suprà.

30 † Professio itē iracundiæ calore facta, nō tenet, neq; obligat, ut uoluit Ant. in. d. c. sicut ex literis. & Fel. ét in. d. c. si uerò. quod eadē rōne cōfirmare possumus, quā suprà adduximus, cū de uoto loqueremur, nō lōgè. n. distat profession à uoto, imò professio est uoti spēs, ut clare liquet.

SECVNDA CAVSA.

SVMMAE.

1 *Furore peritus, crimen committens, an sit excusandus. et nu. 6.*

2 *Furiosi factum, perinde habendum, ac si casu aliquo absque facto personæ factum fuisset. et nu. 5. Et ut plurimi se furiosos simularint, nunc. 4.*

3 *Furiosi non peccant Theologis.*

7 *Furiosus sua culpa factus, ut sit puniendus.*

8 *Furioso, si postmodum ad sanam mentem redierit, an et quæ pœna imponenda pro delicto patrato in furore.*

9 *Intellectus ad c. si quis insanem. 15. q. 1.*

10 *Furiosi etsi non puniantur, eò quod furiosi, parentes tamen aut alij consanguinei, qui id ociosiùs neglexerunt, puniendi.*

1 ET HAEC quidem de prima causa, in qua quoniā diximus illum esse ueluti furiosum, qui ira correptus est, de furioso quoque secundo loco dicendum est. Qui ergo furore parcitus crimen committit, de pœna illius dissimulandum est, satis enim suo furore punitur, & illū fati infelicitas excusat. hæc ferè sunt uerba Iurisco. in l. diuus.

diuus. ff. de offi. præfid. & cõsonat. l. infans. ff. ad leg. Cornelde sica. & l. illud. §. sane. ff. de iniur. & ĩ c. iudicas. 3. q. 9. & c. aliquis. & c. illa. 15. q. 1. & cle. 1. de homici. & faciũt no. per glo in l. si quis in tantã. in 6. q. & ibi doct. C. unde
a vi. & per bal. cõs. 347. ecce formata apparet li. 3. † Quibus suffragatur, quod legitur in l. ul. in fi. ff. de admi. tut. in fi. proinde habẽdum esse quod à furioso factũ est, ac si casu aliquo sine facto personæ id accidisset. Et alibi dicitur æquæ æstimandũ esse damnũ, quod furiosus dederit, ac si quadrupes fecerit, aut si tegula ceciderit, l. sed et si quã cunq; iniuriã. §. 1. ff. ad leg. Aquil. Nã furiosus nõ intelligit quod agit. §. furiosus. Inst. de inut. stip. & nulla est ipsius uolũtas l. furiosi. ff. de re. iur. & §. præterea. Inst. quib.
3 nõ est permis. fac. testa. | Et hæc quidẽ ex nostris legib. cæterũ Theologi constãter affirmũt furiosos nõ peccare, ut per Alex. Ales Scholasticorũ præceptorẽ, ĩ 2. par. suæ uberrimæ summæ, q. 172. membro 1. & 3. & alibi sæpe, & pleniſſimè tractatur in 2. senten. dist. 22. Aelius aũt Spartianus author est, quòd Adrianus imp. apud Terraconem spatiatus per uiridaria, seruo in se cum gladio furioſiùs irruẽte, illũ quidẽ retentũ ministris accurrẽtib. tradidit, & ubi furiosum esse cõstitit, medicis curãdũ dedit, in nullo oĩno cõmotus. deniq; plurimi prudẽtesq; uiri furiosos se, atq; insanos esse simularunt, ut sibi cõmissorũ, aut cõmittendorũ impunitatẽ cõpararẽt, ut de Moyse Iudæorũ legislatore legitur, & de Solone altero Athenienſiũ legũ conditore tradunt Plutarch. & Laertius, uterq; in uita illius. Et de L. Iunio Bruto scriptũ reliquit Liuius, 1. deca.
5 lib. 1. ubi hinc dicit illum fuisse Brutũ cognominatũ. † Et hoc certè procedit ẽt in eo, qui sua culpa in furorẽ ĩcidit, ut uoluit gl. in §. sed hoc fortè. 13. q. 2. dũ ibi in ea re Gratianũ reprehẽdit, & Laudu. & Pet. An. ĩ d. cle. 1. de homic. & ibi ẽt Card. Flor. in 6. q. ob id potiſſimũ motus, quòd sicuti diximus, non secus habendũ sit, quod à furioso factũ est, quàm si casu contigiſſet. & Floria. in d. l. sed & si. §. iniuriam. ff. ad legẽ Aquil. & Gabriel Biel, Theologus inter recentiores maximi nominis, lib. 2. senten. dist. 22.
q. 2.

q. 2. consi. 3. dicit furiosum non peccare in his, quæ in furore facit, etiam si sua culpa in furorẽ incidit. †Quanquã
6 Lapus in d. cle. aliter scripserit, hos uidelicet non excusans, per not. in. c. quando quis. & ibi glo. de cõse. di. 4. & in. c. si euangelica. 55. dist. & alia iura ad hoc per eũ addũcta. Cui sniæ multi quoq; Theologi assentiunt, dicentes hos quidẽ non omnino excusari ab his, quæ faciunt in furore, in quem sua culpa ceciderũt. In qua opinione fuit Alex. Ales, in 3. parte summæ, q. 41. memb. 4. ar. 2. ante fi.
7 & diuus Bonauentu. in 2. sen. di. 22. ar. q. 3. † Marianus aũt in repeti. c. ad audientiam. in 3. q. 5. q. 1. de homicid. hos ita concordat, quòd si quis sua sponte effectus est furiosus, ut quia aliquid ultrò comedit, quod sciebat hoĩes in furorẽ uertere, tunc nõ excusatur, aliàs excusatur. Quid autẽ sit dicendũ, alii uiderint. Ego ãt illud tãtum dixero, Lapi sniam, si probabilior uidebatur, ita intelligẽda esse, ut ẽt talis furiosus sua culpa factus, leuiùs puniatur, si de
8 liquerit, per ea, quæ dicã in seq. c. & de ebrio, in 6. c. † Porrò Lud. de Pen. ĩ l. si apparitor. col. ulti. C. de coar. li. 11. quæ dicta sunt in prin. ita explanauit, ut si furiosus post cõmissum delictum ad sanam mentẽ peruenerit, sit ei ali qualis (ut ipse loquitur) pro delicto pœnitentia imponenda, per tex. in c. si quis insaniẽs. 15. q. 1. Et hoc, inquit, toleratur, ne disciplina ecclesiæ deseratur, ut in simili dicitur ĩ c. excõicatorũ. 33. q. 5. Et hoc quoq; uoluisse uidetur Arch. ĩ c. qui bona. co. 10. uersi. idẽ dicitur de furioso. 17.
9 q. 1. † Verũ Philip. Dec. in l. in negociis. ff. de reg. iu. hoc dictũ reprobat, per text. in. d. l. diuus. de of. præsi. & ĩ. d. l. pe. §. ult. de parri. & in d. l. ulti. ĩ fi. de. admi. tut. hãcq; partẽ dicit tenere gl. in d. §. sed hoc fortè. qui subiicitur d. c. si quis insaniẽs. cũ dicit q; snia illius c. nõ est approbãda, in d. auten. c. excõicatorũ. potuit esse culpa, quæ non ca-
10 dit in iniuriosum. Et ego cum Decio sentio. †Illud autẽ non prætermiserim, quòd ersi furiosi non sunt puniendi, parentes tamen, aut alii consanguinei qui illos negligenter obseruarũt, puniendi sunt, ut est tex. in. d. l. diuus. ante fi. Cui succinit Platonis lex lib. de legibus 12. qua cautum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum est, ut propinqui furiosum domi quocunq; mõ possint, custodiãt quod nisi fecerint, mulctẽtur, qui maximi census sunt dragmis cẽtũ, siue seruũ, siue liberũ minus diligenter custodiãt. Qui secũdi cẽsus quatuor de quinq; minæ partib. qui tertii, tribus, qui quarti, duab. Legib⁹ ãt antiquis hmõi furiosi relinquebãtur custodiæ agnatorũ, gẽtiliũ. Cic. lib. 2. De inuẽtione. Si furiosus est, agnatorũ gentiliũq; in eo, pecuniaq; eius ptãs esto, ut Varro de Re rustica lib. 2. c. 2. Qui salubrem locum negligit, mente captus est, atque ad agnatos, & gentiles deducendus.

TERTIA CAVSA.

SVMMAE.

1 *Furore correptus post patratum facinus, mitius puniendus.*
2 *Furiosus loco absentis, et ignorantis habetur.*
3 *Furiosus mortuo æquiparatur.*
4 *In delictis publicis attẽditur tẽpus cõmissi delicti non pœnæ mutatæ.*
5 *Furor non liberat à pœna æterna Theologis.* (2 10.
6 *In pœnis sequenda mitior pars, ubi uariæ sunt opiniones.*
7 *Furioso an parcendum in summa sceleris immanitate.*
8 *Furiosus tum demum puniendus, si processus sit inchoatus aduersus eum, de crimine quod patrarat ante, quam in furorẽ incideret.*

1 TERTIO non solũ qui in † furore deliquit, nõ puniẽdus ẽ, sed & qui dũ sanæ mẽtis esset, facinus perpetrauit, postea furore correptus est, mitius sanè puniẽdus est, ut sic furor superueniẽs pœnã minuat, per id q̃ uolunt Bal. & post eũ Alex. & alii recẽtiores, in l. furiosũ. in fi. C. qui test. fa. pos. q̃ furor post delictũ aduẽiẽs excusat à pœna corporali, nõ tñ à bonorũ annotatione. & idẽ Bal. q̃ aduersus illũ procedi non põt, in l. humanitatis. col. 8. vers. 3. quæritur, si furiosus. & ibi Franc. Are. col. antepe. vers. circa aliud. C. de impub. & aliis substi. & ipse Bal. in c. 1. in fi. tit. an ille, qui inter. fra. do. sui. vbi etiã Aluarot. post eũ, & Imo. in cap. Raynutius in materia exemplaris substitutionis. de testa. & in l. ex facto. & ibi etiã Franc. Aret. col. 15. ver. si uerò. ff. de vulg. & pup. substi. & Floria. qui hoc reputat mirabile, in l. sed & si. §. iniuriã, col. 2. versi. prædictis adde. ff. ad leg. aquil. & Ang. Are. in tract. male lefic. in verbo, scienter & dolose, col. 3. ver. quid in furioso. ubi hoc dicit sing. & ibi Augu. Ari. in addit. qui id dicit se in facto uidisse, & Cepol. caut. 8. incip. est & alia caute la. Alii aũt ponunt sub 2. caut. & Iaſ. in l, patre furioso, col. antepe. ver. consequẽter no. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. & nouissimè Ferdi. Loaz in repe. §. diui. l. filiusfa. char. pe. ver. ex quibus sing. inferri potest. ff. de leg. 1.

2 †Cuius rei est utiq; bona rõ, ut pleriq; autumant, tũ quoniam furiosus habetur loco absentis, & ignorantis, ut est tex. in l. sed si unus. §. filiosa. ff. de iniur. & l. iulianus. ff. de diuor. & l. 1. §. adipiscimur. ff. de acquir. poss. & l. 2. §. furiosus. ff. de procur. & l. ubi non uoce. §. furiosus. ff de reg. iur. & tex. omniũ optimus in l. 2. §. furiosus. ff. de iur. codic. ubi furiosus per oĩa, & in oĩbus absentis, & quiescentis loco habetur. quẽ tex. facit sing. Ang. in d. l. in negociis. ff. de reg. iur. eumq; dicit esse meliorẽ de iure, idẽ Ang. in. d. l. ubi non uoce. At pœna corporalis ferri non potest in absentẽ. l. absentem. ff. de pœn. Nec cũm pœna corporalis uenit imponenda, admittitur curator, aut procurator. l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud. Et hanc rõnẽ sentit Bal. in. d. l furiosum, & i. d. c. j. an ille qui interf. fra.

3 †Tum quoque, quia furiosus mortuo æquiparatur. l. qui ad certũ. ff. loca. & l. bonorũ. ff. rem rat. hab. & not. glo. l. si quis alium. ff. de acquir. hære. At mortuus de iure cõi non patitur pœnam corporalem. l. defuncti. ff. de pub. iudi. & ibi cõcor (uide Cy. in l. 1. aut 2. C. qui test. fa. pos.) Et hanc quoq; rõnẽ sentit Bal. in. d. l. humanitatis (quẽ uide in 4 fal.) Imo. & Frã. Are. in. d. l. ex facto. ff. de vul. & pup. Quãobrem dicit Bal. rem mirandã satis in d. l. hu-

4 manitatis, si post †latam capitalem sententiam in flagitiosum, eum furor occupet, tutius esse, ut non mãdetur exe-

5 cutioni. De quo etiam per Imo. in. d. c. Raynutius. † Tamen Ludo. Roman. in. d. l. furiosum, & etiam in. l. si seruum. ff. si ex nox. causa ag. huic opinioni reclamat, dicẽs

Universidad de Deusto
Biblioteca

furorem post delictum aduenientem nullo mõ excusare, quin delinquẽs ipso corporaliter puniatur, prout delicti qualitas expostulauerit, quoniã in publicis delictis attenditur tẽpus commissi delicti, nõ personæ mutatio, ex sententia Bar. & aliorũ in d. l. si seruum, per tex. in l. 1. ff. de pœ. & l. 1. §. 1. ff. ad turp. & l. siquis decurio. C. de fal. Et hanc opi. sequitur Lancel. Polit. in trac. substit. char. 40. ver. circa hoc aũt quæritur. ubi ẽt rñdet ei, quod dictum
5 est furiosum haberi pro absente, & mortuo. † Et eã quidẽ opin. dicit uteriorẽ de iure Ias. in d. l. furiosum, & in d. l. si seruũ. & in d. l. ex facto. col. 10. ver. & reperio. ff. de vulg. & pup. Idq; tribus medijs (ut ita loquar cũ nostris) ultra rõnẽ Roma. Primo, per tex. in d. l. diuus, uer. si verò, in illis uerbis, nec morbo eius dandã uenią, & in illis, supplicio afficiendus. Secũdo, per id quod fortiùs tenet Bar. in l. nunquã. § si ui aut clã. per illũ tex. ff. de accusa. quòd si aliquis cõmisit peccatũ mortale, cùm esset sanæ mentis, deindẽ in eo mortali peccato efficiatur furiosus, & in furore moriatur, certè apud Deum damnabitur. & ita dicit tenere theologos. Si ergo apud Deũ furor superueniens non liberet à pœna æterna, quæ longè immẽnior est, multò minus à pœna tẽporali, cùm minus agatur cum Deo, quàm cum hoĩe. l. si quis reũ. §. uoto. ff. de pollic. quod dictũ pro not. reassumpsit idẽ Ias. in. d. l. patre furioso. Tertiò, per id quod no. ipse Bar. in d. l. ex facto, col. 5. ver. 7. in pupillari requiritur. ibi, quæro quæ est rõ, quòd pater põt exheredare filiũ furiosum ex eã ingratitudinis ante furiosum cõmissæ. quẽ & ibi sequũtur Imo. Frãc. Aret. & alij recẽtiores, in eã rẽ citãtes tex. in l. vlt. §. sed cùm antiquitas. C. de curat. fur. iũcto tex. in. l. siquis in suo. §. legis C. de inof. test. Addit & Ias. ubi suprà. l. de creationibus, de epis. aud. Et tandẽ quoq; ipse Ias. in. d. l. ex factò loco suprà alleg. rñdet ei, quod diximus, furiosũ esse loco ab-
6 sentis, & mortui. † Dicit tñ Ias. nõ esse discedendũ à prima opin. nec iudicãdo, nec consulendo, nec legẽdo, cũ in pœnis sequẽda sit mitior pars, ubi sunt diuersæ opin. per tex. ĩ. l. interpretatiões, & l. sanctio. ff. de pœ. Et quia durũ videretur, si vere furiosus decapitaretur. postea uerò ueluti sui oblitus dicit in d. l. ex facto. co. 11. ver. & reperio. ff. de vulg. & pupil posse respõderi textui d. l. diuus quia ibi dicitur, q̃ super ea re est consulendus princeps. & subiungitur, quòd propter immanitatem sceleris (ibi. n. ponitur casus de eo qui matrẽ interemerat) morbo eius non est danda venia. Ideoq; datur clare intelligi, quòd nisi esset tanta criminis inhumanitas, non esset hmõi furiosus
7 supplicio afficiendus. † Id quod ipse Ias. deprõpsit è penu Franc. Aret. in d. l. humanitatis. & in d. l. ex facto. vbi hanc rem late examinat, & primam opinionem sequitur, nominatim carpens Rom. qui contrariũ tenuit, & respõdet ad rationem illius. Et in hanc etiam sententiam inclinat Hipp. Marsi. in l. 1. co. 7. uer. sed prædicta possent. ff. de sica. Sed ad id quod de immanitate sceleris dictum est, ad de quod late scribam infrà in 49. causa nu. 10. incip. illud
8 tamen. & seq. † Alex. in d. l. ex facto. col. 8. ver. adde quòd ex hoc infert, in ea est sententia, vt si processus nõ sit inchoatus ante furorem, non sit condemnandus, sed si iam expeditus esset processus, possit puniri. Respondetq; etiã ei, quod diximus furiosũ haberi pro mortuo, & d. l. diuus vt ibi per eum uidere poteris. Aliter aũt has diuersas opiniones conciliat Catellianus Cota memor. incip. homicidium col. 2. versi. sed quid in furioso. an. s. pœna sit à lege certo modo statuta, & sic locus opinioni Bal. an minime, & procedat opinio Rom. ex his, quæ scribit Barb. ĩ tract. de præstan. Card. in 1. q. 1. par. Sed id nõ mihi placet, nullam enim uideo rationem diuersitatis vtriusque casus.

CAVSA QVARTA.

SVMMAE.

1 *Amor furor est, cum ferè amantes furibundos, furentes et furiosos reddat.*

2 *Amorem continere intra debitos limites, non muliebre, sed perfectæ philosophiæ est.*

3 *Delinquens pre nimio ardentioriq; amore, lenius puniendus, cùm nõ*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex animi sententia sed furore concitatus id admittat.

4 *Paulina cõstuprata à Mundo, equestris militiæ duce, idq; fraude sacerdotum Isiacorum.*

5 *Pisistrati Athenẽsium tyranni elegans responsũ ad uxorẽ hortantem, ut supplicium sumeret de eo, qui filiæ suæ osculum præbuerat.*

1 QVARTO, Cùm amor sit quædam furoris species, teste ipso sapientiæ antistite Platone, qui in Phædro scribit quatuor esse illius species, inter quas amorem reponit, qui est à Venere, idcirco poetæ passim amorem furorem vocant, & amantes furibundos, furentes, furiosos. Catullus in nuptijs Pelei, & Thetidis,

Heu miserere exagitans in miti corde furores.

Virgilius lib. 4.

Ardet amans Dido, traxitq; per ossa furorem.

Et alibi eodem libro,

Quid vota furentem,
Quid delubra iuuant?

Et paulò post,

Vritur infelix Dido, totaq; vagatur
Vrbe furens.

Ouidius in epistola Helenæ ad Paridem.

Qua licet & possum, luctor celare furorem.

Et decimo Metamorphoseos, de Mirrha loquens.

Exilijt gremio furibunda.

Est quoque text. apud nos hunc affectum furorem uocans, in c. cùm in iuuentute. de præsump.

2 †Sicque nihil hoc furore uehemẽtius, quem retinere est perfectæ philosophiæ, ut est etiã tex. qui & hãc affectionem furorem uocat, in auth. quib. mod. nat. effi. legi. §. illud. cui omnino assentiẽs Socra. lib. 3. Platonis de Repu. Voluptate, inquit, venerea, nulla uehemẽtior nullave furiosior. Et apud ipsum Platonẽ in Symposio, Agatho nullam ait uoluptatẽ esse amore potẽtiorem. Et latinæ eloquentiæ parens Cicero lib. 4. Tusculan. quæst. Maxime, ait, admonendus est quantus sit furor amoris, omnibus enim ex animi perturbationib⁹ est profectò nulla uehemen-

mentior. Et Bal. omnium doctrinarum peritus, in l. precibus co. 6. ver. quid ergo si petijt nõ idoneos. C. de impub. & alijs substitu. scribit philosophicum esse, nõ muliebre, huiusmodi affectum intra debitos limites carcerare. quæ refert, & sequitur Etã. Cur. senior consi. 67. super contro

3 uersia, col. 3. versi. transeo ad secundum † Propterea nõ temere (vt reor) contenderim, eum leuius esse puniendũ, ne dicam impunitum relinquendum, qui præ nimio ardẽtiorij; amore quicquam deliquerit, ueluti non ex animi sententia, sed furore concitatus idipsum admiserit. In qua sententia, ne id nouiter dixisse uidear, fuit egregius doctor Oldra. consistoriali. aduocatus consi. 210. regularis habet traditio, col. 2. versi. tertia consideratio. vbi aliquẽ quodãmodo excusat, tanquã furiosum, qui vt quadã muliere potiretur, quã deperdite adamabat, magicas imagines ad eam rẽ (vt ipse putabat) accommodatas confecerat, dæmonesq; inuocarat. quod grauissimũ est delictũ, ut not. in c. 2. de sortil. citatq; testimoniũ Aristotelis, qui 7. Ethicorum lib. c. 2 scribit hos uenereorum appetitus, nonnullos in furorem atque insaniam adigere.

4 †Secundùm, quam sententiam Iosephus lib. Antiquitatum 18. c. 6. & Ægesippus lib. 2. rerum Iudaicarum, c. 4. historici referunt huic loco non parum conuenientem, Paulina Romana spectatissimi generis fœmina, in tẽplo Isidis à iuuene quodam nomine Mundo, duce equestris militiæ, qui illã misere deperibat, miro cõmento constuprata est, fraude sacerdotũ Isiacorũ, qui ab Ida, Mundi liberta, corrupti pecunia, sub specie Anubidis, amatorẽ Paulinæ cõplexibus copulauerunt. Quo facinore cõperto, Tiberius Imperator sacerdotes cũ Ida, quæ omniũ malorum caput extiterat, in cruces adegit, templum Isidis euertit, statuam ipsius Deæ in Tiberim iactari iussit, Mundum autem exilio tantùm damnauit, dignum eum maiori pœna non iudicans, quòd amoris uehementia,

5 formæq; superatus gratia, deliquisset. † Et huc quoque nonnihil pertinet, quod à Valerio Maximo libro quinto rerum memorabilium, cap. primo, scriptum est, de

nota

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pisistrato Athenienſiũ tyrãno. nam cùm adoleſcẽs quiſpiam amore virginis eius filiæ accenſus, in publico obuiã ſibi factam obſculatus eſſet, hortante uxore ut ab eo capitale ſuppliciũ ſumeret, reſpõdit. Si eos qui nos amãt, interficiamus, quid his faciemus, quibus odio ſumus? ſubditq; Valerius minimè dignã uocẽ eſſe, cui adijciatur, eã ex tyranni ore de humanitate manaſſe.

CAVSA QVINTA.

SVMMAE.

1 *Dormiens ſi quid facit, quod etiam habeat delicti ſpeciem, non puniendus.*
2 *Dormiens & mortuo, et ſomnus morti æquiparatur.*
3 *Dormiens nullius eſt omnino precii, non magis quam ſi non uiueret.*
4 *Somnus, mortis frater Homero.*
5 *Somnus, parua eſt mors, mors magnus ſomnus.*
6 *Somnus, ſopor, Quies, pro Dormire, Morte et Mori uſurpata. et numero 7.*
8 *Somnum et Mortem, parum differre.*
9 *Dormientibus ſi quid contingat, an uitio aut culpæ adſcribendum. Et quomodo ad accipiendum, nu. 10.*
11 *Dormientes multos ſurgere, arma capere, magari, canere, multaq; alia conficere, non ſecus quàm ſi uigilarent. et nu. 24.*

1 QVINTO, quia † dormiens quoq; & furioſus æquiparantur l. 1. §. adipiſcuntur. ff. de acquir. poſſ. & ibi no. Et de furioſo abundé diximus, reſtat vt dormiẽte quoq; diſſeramus. Et ſanè ſi dormiẽs quicquam faciat, quod habeat ſpeciem delicti, quia fortè hominem occidit, non punitur, ut eſt tex. in cle. unica, dẽ homic. Cuius rei rationẽ eſſe dicunt ibi Laudu. & poſt eum Car. Flo. in 6. quæſt. id quod diximus, uidelicet dormientem comparari furioſo, atque etiã amanti, vt eſt tex. in c. maiores. §. ſed adhuc & §. itẽ quæritur. de baptiſ. Ideoq; ſicut quod à furioſo factum eſt, perinde eſt cenſendum, atque ſi caſu euenisſet, ut diximus, ita & quod à dormiente eſt cõmiſſum. & ita,

ita, videlicet quòd dormiens excuſetur ab homicidio, vo luerunt Alber. Rom. Alex. Frãc. Are. & Iaſ. in d. c. adipiſcimur. & Flor. l. ſed & ſi quemcũque. §. iniuriã. ff. ad leg.
2 aquil. † Addo & illud quoque, quòd dormiens mortuo, & ſomnus morti veriſſimè comparatur. rectè enim Virgilius lib. 6. Aeneidos.

Dulcis & alta quies placidæq; ſimillima morti.
Et alibi,
Mors homini facilis, dulciq; ſimillima ſomno.

Quod epithetõ ab Homero sũpſiſſe uidetur, qui & mortẽ ὑπνῶ ὅμοιον ὕπνον, id eſt dulcẽ ſomnum, vocat Iliados li. 16. Γέμεν μιν φάνατόν τε φέρειν καὶ ὑπνῶ ὅμοιον ὕπνον.
Et Tullius in Catone, Iã verò videtis nihil morti eſſe tã ſimile, quàm ſomnum. Et Silius Italicus lib. 15.

Nox ſimiles morti dederat placidiſſima ſomnos.

Quin Ouidius ſomnum imaginem eſſe morti ſcribit li. 2. Amorum, Elegia 9.

Stulte quid eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago?
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.

Quos uerſus è noſtris aſſerũt, cõmẽdãrq; Car. Flo. Barb. in cle. 1. in fi. prin. de ſum. tri. & fid. cat. ubi ẽ & ad hoc bo
3 nus tex. ſimiles utiq; faciẽs ſomnũ, & mortẽ. † Propterea Plat. li. 6. de legib. Nemo, ait, dũ dormit, alicuius precii ẽ, nõ magis, quàm ſi nõ uiueret. Vnde fluxiſſe videri põt illud Ariſtotelicũ, lib. 5. De generatione animaliũ, c. 1. ſomnũ talẽ rẽ ſua natura videri, vt uiuendi, & non uiuendi interluminium ſit, & neque omnino ſit qui dormit, neque non ſit. Viuitur. n. potiſſimũ vigilia, propter ſenſum. Et illud quoq; Plinianũ ex Varrone, in præfatione naturalis hiſtoriæ, Dũ iſta muſitamus, plurib⁹ horis uiuimus, profectò. n. uita vigilia ẽ. Propterea uerũ eſt illud Ariſtonis ex Plutarcho, in Cõmẽtario. De cõtẽtiõe ignis, & aquæ. Breue admodũ viuẽdi tẽpus homini eſſe tributũ. nã ſomnis ueluti publicanus dimidiũ aufert. Vnde & natũ illud Ariſtotelis prouerbiũ, lib. 1. Moraliũ, Felices nil admodũ cæteris diſtare dimidio uitæ. Quibus admodũ cõueniunt uerba Pli. li. 7. c. 50. Incertũ, ac fragile nimirũ eſt hoc mu

nus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus naturæ,quicquid datur nobis. Malignũ verò & breue,cẽ in his quibus largissimè contingit,uniuersum utiq; æui tẽpus intuẽtibus. Quid, quòd æstimatiõe nocturnæ, quietis,dimidio quisque spatio uitæ suę uiuit? Pars æqua morti similis exigitur,aut pœnæ,nisi contingit quies. Libanius Antiochenus Celsinũ arguẽs, q̃ somno immodicè ẽdulgeret, Muta,ĩquit,saĩam Cũ.n.breuis mortalibus sit uita,id demũ tẽpus uiuere uidemur,quo vigilamus,qs .n.dormienti uisus? quis auditus? quis gustus? quis tactus? quis deniq; odoratus? mortis certé imago dormiẽtis est
4 corpus. † Qua ratione moti Homerus & Hesiodus vatũ antesignaui,somnum mortis fratrem appellauerunt. Homeri locus est in 14. Iliados.

Δῖμνον δ' ἐς ἀφίκανε πόλιν θείοιο θόωντος
Ἐν θ' ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο.

Hesiodi autem in Theogonia,

Ὕπνον κασίγνητον θανάτοιο.

Nam & ipse Homerus lib. Iliados 16. mortem,& somnũ gemellos uocat.

Γέμπε δ' ἑῶιν τουπῶῖσιν, ἅμα κραιπνοῖσι φέρεσθαι
Ὕπνῳ, καὶ θανάτῳ διδυμάοσιν.

Quos secutus Virgilius lib. 6. Aeneidos.

Et consanguineis lethi sopor.

Et Seneca somnũ interpellans. Frater,inquit,dure lãgui dæ mortis. Et Valerius Flacchus lib. 8. Argonauticon.

Nunc age,maior ades fratriq; simillime letho.

In quam sententiã Leontinus Gorgias enio iã fessus, ac perimbecilis, cũ in somnũ paulatim prolaberetur,at fami liariũ quispiã accedẽs,ex eo vt se hẽret,feiscitaretur. Iã, inquit,me apud fratrẽ deponere adortus est sopor. Ἡδη μέν ὁ ὕπνος ἅρχεται παρακατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ, vt tradit Aelian. De uaria Hist. li. 2. c. 35. Diogenẽ quoq; cũ medicus somno pressum excitasset,rogasseq;, nunquid sentiret mali. Nihil,inquit. nã frater fratrẽ occupat,signi ficans s. somnũ eum esse mortis initiũ. testis Plutarchus in oratione consolatoria ad Apollonium. Est & senarius apud Græcos, qui sõnũ parua mortis mysteria appellat.

Ὕπνος

Ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια.

Ob idq; dicitur nox utriusque nutrix fuisse & somni, &
5 mortis,ut scribit Paulanias lib. 5. † Hinc ĩterrogatus Phy sicorũ consultissimus,quidnã somnus esset rñdit, Parua mors. Deinde quid mors esset,rñdit. Magnus somnus cui subscribens diuus Hier. propheta insignis,c. 51. mortem somnum sempiternũ appellat,& Horat non dissimiliter perpetuũ soporem,cũ inquit de morte Quintilii loquẽs.

Ergo Quintilium perpetuo sopor urget.

Cui suffragatur illud Catuli ad Lesbiam. Epig. 5.

Soles occidere & redire possunt.
Nobis cùm semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua una dormienda.

Virgilius autem lib. 10. Aeneidos æternam noctẽ dicit.

Olli dura quies oculis & ferreus urget
Somnus,in æternam clauduntur lumina noctem.

Quod epitheton accepit ab Hom. lib. 3. Iliados,de mor te quoque loquente.

Τῶν δὲ ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν.

6 † Hinc item fluxit,ut docti uiri plerũq; soporem & somnum & quietem,pro morte,dormire, mori, usurparint. Plautus in Amphitrione,actu primo,scena 1.

Iampridem uidetur factũ,heri quod hoies quatuor
In soporem collocastis nudos.

Et paulò post,

Quatuor uiros sopori se dedisse hic autumat.

Rursumq; post pauca,

Quid,si ego illum tractim tangam,ut dormiat?

Et Propertius lib 2. Eleg.

Quod si fortè tibi properarint fata quietem,

Et Virgilius quo loco citauimus, nu. præcedenti,

7 † Quo etiam genere locutionis utuntur sacræ literæ, ut patet lib. 2. Regũ cap. 7. Cumq; completi erunt dies tui, & dormieris cum patribus tuis. & secundo Regum, cap. 11. Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis. & aliis plu ribus locis librorũ Regum. Et Iob. 14. Homo cùm dormierit,non resurget. Et Danielis 12. cap. Et multi de his,

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt. Et Io. 2. Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut è somno excitẽ eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Dñe si dormit, saluus erit. Dixerat aũt Iesus de morte eius, & paulò post Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos, ut credatis, & cæ. Et D. Paulus 1. ad Corinth. 15. Deinde uisus est plusquã quingẽtis fratribus simul, ex quib⁹ multi manẽt usq;
8 adhuc, quidã aũt dormierunt. & alibi sæpe. † Philosophi quoq;, qui rerũ causas, & naturas solerti ingenio inuesti garunt, docent parũ interesse inter somnũ & mortẽ. Alterum enim, Alcmeonis testimonio apud Plutar. De placitis philosophorũ, lib. 5. c. 24. fieri sanguinis receptu in uenarum confluuiũ, Alterũ, absoluto sanguinis in uenas ipsas collectu. Empedocles aũt putat somnũ sanguinarii caloris refrigerationẽ esse, quæ quidẽ si modicè tẽperata sit, sequi somnũ, si immodica, mortẽ. Diogenes, Si penitus sanguis diffusus uenas corporis ꝑlerit, intestinũq; earum aerẽ ad pectus, subditũq; illi uẽtrẽ populerit, tum deniq; somnũ fieri, ex quo præcordia cõcalescere. Quòd si omnis funditus aer ex uenis eruperit, mortẽ existere. Plato, & Stoici somnũ fieri autũmant sensilis quidẽ spũs remissione, & tanquã laxatione, quẽadmodũ, & super terram cõsidente flatu, eodẽ uerò se recipiẽte ad supercilio rum interstitiũ, id est animæ principatũ. At uerò cũ omnifaria fit spũs sensilis remissio, tũ demum sequi mortẽ.
9 † Cùm ergo dormientes parũ à mortuis distent, mortui autẽ, ut palam est, delinquere, & (ut dicũt Theologi) mereri, aut demereri nõ possint, ut latè differunt in. 4. sentẽtiarum, di. vlt. planè colligitur culpæ nõ adscribẽdũ esse, quod illis dormiẽtibus cõtingit. Quod & testatur Diuus Bernardus in lib. quem diuinitùs De libero arbitrio conscripsit, dicẽs. Vesanis, & infantibus & dormiẽtibus nihil quod agant imputatur. & latè concludũt Theologi recẽtiores, in. 2. senten. dist. 25. ea potissimũ rõne moti, quòd omne peccatum ex iudicio rõnis depender, quo sublato tollitur omnis rõ peccati. Iudiciũ aũt in dormiente esse non põt, cum dependeat ab operationibus potentiarum anima-

animaliũ, quæ tunc ueluti ligantur, & quiescunt, uel ex sentẽtia Aristot. qui cõem somnũ corporis, & animæ opinatur, ut ex eo refert Plutarch. in lib. suprà citato, c. 25. Propterea omniũ Theologorũ sententia est, pollutionẽ nocturnã, quæ dormiẽti euenit, ex infirmitate, aut superfluitate, aut ẽt ex somno, aut ex alia quacũq; re aduentitia, uel innata, sine culpa præcedente ipsius dormientis, non esse peccatũ, ut à quibusdã tractatur in d. dist. 25. & latè à Diuo Thom 2. 2. q. 154. ar. 5. & scribitur in decretis
10 canonicis. 6. dist. c. 1. † Sed suprà dicta intellige, nisi ĩ culpa fuerit dormiens, quoniã sciebat se eo uitio laborare, ut dormiendo surgeret, arma caperet, uim inferret, verberaret, occideret, & cætera hmõi, nec diligentiam adhibuit, ut huic rei obuiã iretur arma remouendo, se ligari vinciriq;, si opus esset, præcipiendo, & alia quibus futuro periculo cõsulatur, faciẽdo teneretur. n. de culpa, per id quod simile habetur ĩ. l. lege cornelia. ff. de sica. & l. si putator. ff. ad legẽ aquil. Et ita uoluerũt Gul. Cu. & Ray. in l. diuus. ff. de of. præsi. & Pe. Iac. tit. de actio. ex paup. co. 3. uer. itẽ prædicta faciũt. & Bar. in. l. pe ff. ad legẽ iul. de parric. & Pe. anc. & Car. in d. cle. 1. de homi. & Flor. in. l. si seruus seruũ. §. si fornicarius. ff. ad legẽ aquil. & Ange. Are. in tract. malefic. in uerbo, cõparent dicti inquisiti in termino defensionis, col. 6. uersic. quid si dicat, in paruis. Alex. Frã. are. & Iaſ. in utraq; lec. in d. l. 1. §. adipiscimur. ff. de acqui. pos. Maria. in repe. c. ad audientiã. in. 12. q. qn tæ qõnis principalis, ubi dicit, ꝙ talis nõ incurrit irregularitatẽ. Barb. in. l. 1. in prin. col. 8 ff. de verb. obli. Quam sententiã cõfirmat, quòd pollutio noctuma, alioquin irreprehensibilis, ut diximus, si tũ eam culpa præcesserit, quoniã ex ciborũ ingluuie, aut turpi cogitatiõe processerit, nõ est sine peccato, ut asserũt Theologi, & scribitur
11 6. dist. c. 1. & vlt. † Quoniã aũt suprà locuti sumus de iis, qui dormiẽtes surgunt, &. c. ne supernacaneũ qaibusdã uideatur, nõ est silentio prætereundũ, esse plurimos, qui re ipsa dormiẽtes è lecto surgũt, ambulãt, uel longiusculé, arma capiũt, multaq; aut ac si uigilarẽt, conficiũt, cuiusmodi

Universidad de Deusto
Biblioteca

iusmodi refert Laud. in d. cle. 1. de homic. fuisse sibi apud Parrhisios socium Anglicum, qui noctu dormiens absq; tẽplo Diui Benedicti iuit ad flumẽ Sequanæ, ibiq; puerum interemit, & nõ expergefactus sese in lectũ cõiecit. Bart. aũt in. l. ut uim, ad med. ff. de iust. & iur. tradit fuisse quẽdam Pisanũ, qui se noctu dormiẽs armabat, uagabaturq; per urbẽ cantando. Marian. quoq; ubi suprà, in d. c. ad audientiã, in 10. q. 5. q. principalis, testis est habuisse se uicinam puellã, quæ dormiens è lecto surgebat, panemq; faciebat. cuius rei si quis cãm nosse desideret, legat Petrũ Aponensem, uirum rerũ naturalium peritissimum, in Aristor. lib. Problematon 30. c. ult. & Cæl. Rhodig. lib. antiquarum lectionũ 30. c. 9. posterioris editionis, & Albertũ Magnum, lib 2. De somno, & uigilia, & ex antiquioribus Aristotelem, lib. 1. De generatione animalium, c. 1. ut nõ omittam, quod scribit Antonius Musa, aut, ut alii malũt, Apuleius in libello De betonica, hanc herbam eam uim habere. ut animos hominum, & corpora custodiat, & nocturnas ambulationes à maleficijs, periculis, & uisionibus metuendas tueatur, & defendat.

CAVSA SEXTA.

SVMMAE.

1 Ebrius si crimen commiserit, benignius plectendus est.
2 Ebrietas, uoluntaria insania est Senecæ.
3 Ebrius ex ebrietate potius, quàm ex industria et studio peccat.
4 Ebrietas in qualitate crimen eleuat Quintiliano.
5 Ebrius edicto Imperatoris liberatus est, si quid de se male, uel petulanter loqueretur.
6 Dionysius tyrannus temulentum, de se multa acerbè contentiosq; effutientem dimittit.
7 Pisistratus Athoniensiũ tyrannus amico Thrasippo conuitijs pugnanti lubens parcit.
8 Ebrius si contrahat, irritus est contractus. Ebrius enim comparatur furioso et insanti.
9 Ebrius duplici pœna esse afficiendus.

10 Dolo

10 Dolo malo sese inebrians, si quod in ipsa ebrietate patrauerit facinus, et inde uel impunitatem, uel pœnæ immunitionem postulet. pœna dignus est.
11 Pœna immunis aturne propter ipsam ebrietatem. Et quomodo id accipiendum. nu. 12.

1 SEXTO, quoniam non longe distat ebrius ab insano, de mente furioso, ubi. n. ebrietas, bii & furor est, c. uẽter. 35. dist. censeturq; ueluti absens, qui ebrius est, ex sñia illius mini, uel Publii, uel alterius.

Absentem lædit, qui cum ebrio litigat.

de eo quoq; hinc ordine dicẽdum est. Ebrius ergo si delictum cõmiserit, clementiùs est plectendus. tex. est in l. omne delictũ. §. pervinum. ff. de re mili. & c. sanè. & c. inebriaverunt. 15. q. 4. 1. & facit l. respiciendũ. §. delinquunt. ff. de pœn. quem tex. Bald. in ca. crapula, de uit. & honest. cleri. facit sing. ad hoc, quòd deliquẽtes per ebrietatem, non dicũtur studiosè delinquere, sed impetuosè, & ideo minus puniri debent, trahitq; ad statuta punientia dolo-
2 sè delinquentes. †Facit præterea, quod not. Ab. Anto. Pan. & Io. Ana. in cap. 2. de maled. qui hoc dicunt procedere, etiam si per pœnalem constitũtẽ diceretur expresse, quòd delinquens nullam consequeretur misericordiam. quod est multum nota. & glo. & doct. in d. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. insa. ubi Bal. in repe. col. pen. in primò, dicit authoritate Senecæ, epistola ad Lucilium 83. nihil aliud esse ebrietatem, quàm uoluntariã insaniam. & Barto. in l. aut facta, §. causa. in fi. ff. de pœndum dicit, quod qui ex ebrietate alterum percutit, non dicitur pacem rumpere. & Bald. in l. 1. col. penul. uersic. extrà quæritur. C. unde vi. & in l. data opera. col. 2. uersi. ebrietas. C. qui non accusa non poss. de cuius illic dicto posteà dicemus. & Cardina. in cleme. 1. in 8. quæstione, de homicid. Panormi. in cap. sicut. col 2. de testibus. Floria. in l. sed & si quemcunque. §. iniuriam. col. 2. ff. ad leg. Aquil. in l. 1. col. 7. ff. de verbo. obligatio. Ioannes Ana. in cap. ulti. colum. 1. & 2. de his qui filios occid.

3. In

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 † In quâ sniam Alex. Ales. in 2. parte suę summæ, q. 172. memb. 2. 3. & 4. copiosè disserit ebrios ex infirmitate potiùs, quâ ex studio, uel industria peccare. Suntq; pleriqne oēs in ea opinio. ut iudicēt ebrios non tā grauiter peccare, quā si citra ebrietatē deliquissent, ut uoluit diuus Thomas, Durandus, & alii lib. sniar. 2. dist. 22. idem Tho. in 1. 2. q. 72. Richardus in 4. dist. 15 ar. 3. q. 6. & Ang. Claua. in uerbo, ebrietas, versi. 3 & affatim Martinus cognometo Magister, Parrhisiensis doctor in suo li. de tęperātia, quo loco de ebrietate disserit, in 3. eadēq; ulti. q. ubi in eam rē

4 ponit sex cōclusiones. † Quintilianus summus Oratorū, libro Ororiarū Institu. 7. ca. 1. scribit ebrietatē in qualitate crimen eleuare, & lib. 5. eo. c. quo de argumēntis disserit. Accedunt, inquit, aliquando fortuna, ebrietas, ignorantia, quæ ad uenią ualent. nec id ignorabat Apul. Madaurensis, qui li. Metamor. 3. sese ab homicidio, cuius accusabatur, ex eo purgare cōtēdit, quoniā potu lętus ipse

5 fecerat. † Quid? q Imperator edicto sanxit, ne oīno puniretur, qui de se temulēt' malè loqueretur. l. 1. C. si quis Impe. maledi. ubi Ang. not. ebrietatē illo casu hoc operari, ne delictū ullo modo puniatur. Quā sanctionē longo ante tempore obseruarat Pyrrhus Epirotarū rex, qui ut testis est Plutarchus in uita illius. & in Græcorum apophthegmatis, cum audisset, à quibusdā se adolescentibus inter bibēdum conuitiis, maledictisq;, oneratū, iussit eos omnes interdiu coràm agi. Quod ubi factum est, eorum primum rogauit, an ea de se dixisset, cui iuuenis respondit. Hoc nempe rex diximus, dixissemusq; longe plura, si plus uini habuissemus, siue, ut scribit Quintil lib. 6. ca. 4. quo de risu disserit, Imò verò, inquit, niti lagena defecisset, occidissemus te. quā urbanitate tota est criminis inuidia dissoluta, aut ut uerbis utar Valerii lib. 5. rerū memorabilium. c. 1. Quæ tam urbana crapulæ excusatio, tamq; simplex ueritatis confessio, irā regis in risum conuertit.

6 † Dionysius quoq; senior, uir alioquin truculētus, cū accepisset duos adolescētes multa de se, ipsiusq; tyrannide petulāter, maledicēq; locutos interpotandū, utrumq; ad cœnam

cœnam inuitatur, quorum cùm alterum ebrioſe multa contumelioseq; delirantem, alterum raro, moderate, & caute bibentē intueretur, illum quidē dimisit, utpote qui natura esset cōtumeliosus, & ob ebrietatē maledixisset, hunc aūt è medio sustulit. testis ipse Plutarch. in Apoph.

7 imperatorū. † In qua re quoq; laudatur Pisistratus Athenięnsium tyrānus, qui à Thrasippo amico inter cœnā sine fine cōuitio laceratus, ita & animum & uocem ab ira cohibuit, ut putares satellitē à tyranno malè audire, abeuntē quoq;, ueritus ne propter metū maturius se conuio subtraheret, inuitatiōe familiari cępit retinere, Thrasippus cōcitatæ temulentiæ īpetu enectus, os eius sputo respersit, nec tñ in uindictā sui ualuit accēdere, ille verò filios suos uiolatæ patris maiestati subuenire cupientes retraxit. Postero quoq; die Thrasippo suppliciū à se uoluntaria morte uolenti exigere, uenit ad eū, dataq; fide in eodem gradu amicitiæ mansurū ab incœpto reuocauit. hęc Vale. quo loco nuper citauimus. Seneca aūt lib. 3. de Ira, illud addit Pisistratū pātibus qui eū in ultionē irritabāt, rñdisse non magis se illi succensere, quàm si quis obligatis oculis in se incurrisset. Plato aūt lib. 1. de Legib. ebeiū cōparat puero, ὃ μόνον ἂρ', ὡς ἔοικε, ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνοιτ' ἂν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθείς. Nō solùm ut uidetur senex fuerit bis puer, sed ēt ebrius. De puero aūt dicemus

8 posteà in cā seq. † Hanc partē fulsit, quod uoluerūt plerique; è nostris, nō ualere contractū factū ab ebrio. hoc. n. uoluit gl. in. c. unusquisq;, ī verb. quod ebrius. 22. q. 4. per text. in. d. c. sanè. 15. q. 1. quā sequitur Rom in. l. 1. ī prin. & ibi ēt Barba. col. 7. ver. quid in ebrio. ff. de uer. obl. ubi etiā rōnes eius rei adducit, & Alex. post Bald. in. l. dolū. C. de dol. ma. ēt per text. in. d. c. sanè. ubi dicitur, q ebrii nesciunt, quid loquātur. ex quo fit, inquit, quòd æquiparantur furiosis, & infantibus, qui cōtrahere nequeūt, per l. 1. §. furiosus ff. de act. & obl. Et uide quid de ea re cōsuluit Fulg. cōsi. 80. quidā ser. Vētura, col. ult. Similiter nō ualet testamētū ebrii, ut dicit Bal. in. d. l. à crapula, ī prin. de ujta & honest. cle. nec testimoniū, ut uoluit idem Bal.

in.c.1.& ibi recentiores,de testib.Quid aũt de matrimonio.uide latè Phil.Dec.cõs.112.incip.in pñti cõsultatiõe.

9 Non defuerunt tñ.† qui ebrios delinquẽtes duplici pœna afficiendos esse putarint,ea rõne ducti,q̃ principium in ipsis est,cùm in ipsorũ sit ptãre ebrietatem uitare,quę quidẽ delicti causa est,author Aristot.lib.Ethicorum.3.c.5.Qui tamen hi fuerint,qui hoc constituerint,eo loco non aperit.sed idem lib.2.Politic.c.10. eodemq; ultimo memoriæ prodidit,Pittacum illũ Mitileuensem ex septẽ Græciæ sapientibus legẽ tulisse,ebrios,si quem pulsauerint,maiori pœna dãnari,quàm si sobrii fecissent,quòd ĩ sua ptãte fuisset ebrios nõ esse.Cuius ẽt rei in uita ipsius Pittaci meminit Laertius,hoc propemodũ sensu,Ebrios cum peccarent,duplici incõmodo afficiendos per legẽ statuit.ut cauerẽt temulentiã,abundat quippe insula uino.†De qua re ẽt meminit Bal.in repe.d.l.1.col. pe.ver. extrà quæritur.C.vnde ui.ubi ad ipsam Pittaci rõnẽ eleganter respõdit,fatetur.n.eum qui per ebrietatem delinquit,eẽ in duplici culpa,uidelicet ebrietatis,& criminis, sed uerũ dolum esse multò deteriorẽ,quàm multas culpas.Ex quo dicto unũ ualde not.colligo,q̃ si quispiã de industria,& dolo malo sese inebriauerit,ut in ipsa ebrietate aliquod facinus perpetrauerit,ex eoq; uel impunitatem,uel pœnæ diminutionẽ postularet,nõ esse illi quoquomodo parcẽdũ,cum nõ in culpa solũ sit,sed in dolo. Ad quod ẽt facit quod in simili dicemus infrà,in 13.cã, nu.ult.de eo,qui ignor.affect.ut ea se à crimine excusaret.†Secũdò,quod dictũ est ebrietatẽ pœnam minuere, ĩtelligit ipse Bal.(ut multi allegãt)in.d.l.data,col.2.ver. nunc de tertio.C.qui accu.pol.qñ ebrietas magna est,si aũt sit leuis,nec delictũ,nec pœnã attenuat.Quod dictũ sequitur Firmia.in ubere copiosoq; tractatu de eõ,in 2. par.lib.4.ver.126.& Ang.in tract.malefic.in uerbo.sciẽter & dolosè.col.6.vers.sed quid siquis propter ebrietatem.& certe Bal.ubi suprà,hoc primùm dicit,postea tamen ita loquitur,ut uideatur etiã uelle leuem ebrietatẽ quadãtenus excusare,non tantùm tamen quantùm magnam,

gnam ueluti sit minor dolus in cõmisso per leuem ebrietatem,quàm circa ebrietatem, & ego quidẽ hoc uerum
12 existimo,per iura supra alleg.† Quãquam ipse Bal.ĩ.d.l. 1.C.unde ui.quo loco nuper citauimus,dicit sine aliquo discrimine,quòd propter ebrietatẽ non est lenienda pœna,nisi sit tanta ebrietas,quòd quasi induxerit mẽtis exilium.Bar.autem in.l.respiciendum.§.delinquunt.versi. sed quæro an maleficium.ff.de pœn.dicit simpliciter delictum in ebrietate factum esse puniendum,per.d.l.omne delictum.§.qui se.ff.de re mil.secundum quem text. intelligi debet eius dictum.An autẽ qui ebrius hominem interemit,incidat in irregularitatem, quam uocant, uide Card.Flo.& Imo.in cle.1.de homi.Panor.in.c.quia diuersitatem.de concess.præbẽ.& late Maria.Soci.in repet.c.ad audientiam.in.13.q.5.q.prin.de homic.

CAVSA SEPTIMA.

SVMMARE.

1 *Delictum mitius punitur ob tenellam,et floreſcentem ætatem. Et ad hoc tenetur iudex etiam ſi non fuerit petitum,et num.2.*
3 *Cæſar Ptolemeo pepercit ob teneros annos.*
4 *Ætas inuenilis ad delinquẽdũ maximè proclues eſt ſuapte natura.*
5 *Adoleſcentes,quos et quibus ex cauſis ſint mitius puniendi.*
6 *Adoleſcentem ſi quid deliquerit non omnino impunitum eſſe relinquendum.*
7 *Adoleſcentes ſedulò et diligenter caſtigandi.*
8 *Delinquens ſi propter ætatem teneram, tut mitius,aut nullo modo punitus eſt,factus maior,an poſſit amplius de ipſo delicto puniri.*
9 *Puer apud Athenienſes ſacrilegij pœna damnatus eſt, quod lamnam auream,quæ ex Diana corona decíderat,ſuſtuliſſet.*

1 SEPTIMO, †ob ætatem tenellam,& floreſcentem mitius quis punitur.l.auxilium.§.in delictis.& ibi doctores.ff.de minor.&.l.ſi ex cauſa.§.nunc in minoribus uidendum.& ibi glo.& Bart.eod.titu.l. ſi adulterium.§.1. versi.fratres.& versi.inceſtu.ff.ad legẽ iul.de adul.&.l.1.

§.impubes.ff.de sc.Sillan.&.l.feré in omnibus,& ibi optima gl.ff.de reg.iur.&.l.si frēs tui.C.ex quib.cau. infa. irrog.&.c.1.&.2.& utrobiq; Panor.& Ioā.ana.de delict. puer.&.c.2.& ibi glo.Panor.& alii,de apost.d.c.1. & ibi Panor.& Fely.& iterū.c.vlt.de sen.excō.&.c.pœnitētes. & ibi gl.50.di.&.c.hoc sit.26.q.7.&.c.Interfectores.&.c. in adolescentia.33.q.2.&.c.si duo.&.35.quæst.6.& cap. eos,i fi.de cōse.di.4.& gl & doct.in.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui no.infa.& m.l. & li feuerior.C.eo. ubi inter cæteros Bartho.de Alexā.latè disserit hoc procedere,etiam si non fuerit petitū,& ibi ēt Alex.(quē uide)dicit in hoc casu teneri iudicē minuere pœnā, cū ista
2 sit causa intrinseca legis minuētis delictū. † Et idē quoq; præfert suprà dictos tenuit Archi.in.c.q bona.col.8.uerē hæc uera sunt.& late Alberi.Gaud.in trac.malefic.tide pœn.col.15 in paruis,uer.cùm aliquis minor. & Bal. in.l.si arrogati.de tutel.& in.l.administrātes.§. qui corporis.ff.de excu.tut.& in.l.sed & si quēcunq;.§.iniuriā. ff.ad legē aquil.& Bart.& Bal.in.l.1.C.si aduers.delict. Bal.in.l.quicunq;,col.4.ver.quarto casu.C.de ser.fugi. & cōsi.59.licet elegāter.circa med.lib.1.& Pe.Anc.cōs. 283.iure scripto,& cōsuetudine.in fi.& Raph.Cu.cōsil. 95.Christophorus,ante fi.& Raph.Fulg.cōsi.124.p̄suppo sito statuto,col.ult.& cōsi.157.suppōsito statuto, col.2. & Ang.Aret.in tract.malefic.in uerbo,sciēter & dolosè, col.2.ver.quid in infante.cū multis seq ubi ēt distīguit. & Lud.Bolo.consi.37.cor mundū,&c.licet alias in p̄nti, col.6.ver.præterea,si supra dicta cessarent.& Hipp.Mar
3 fil.in.l.1.col.11.uer.17.ff.ad legē corn.de sica.† Quibus allidit illud Psalmographi poeta,Ode 24. Delicta iuuentutis meæ,& ignorātias meas ne memineris. Illud quoq; patiētissimi Iob.c.13.Et cōsumere me uis peccatis adolescentiæ meæ.Et quod Cæsar apud Lucanū,lib.9.Pharsaliæ,de Prolemeo,teneræ puerilisq; ætatisloquens,qui Pompeium iusserat interimi,ait in hæc uerba,

Sed parcimus annis,
Donamusq; nefas.

In quam etiam sententiā Demetrius Philippi Macedonū regis,filius apud Liuium quartę decad.lib.10.Te,inquit, maiorem fratrē pro minore deprecari oportebat,te adolescentiæ,te errori ueniam impetrare. Et Plutarchus,uir in omni genere doctrinæ consummatissimus,cùm Agidæ regis Spartani mortē detestaretur,hæc feré scribit,Spartæ quidē primùm Agidā,ex his qui regnarūt,ab Ephoris interfectū fuisse cōstat,opus sanè pulcherrimum,& Sparta dignū,in ciuitate moliri ausum, cùm in ea esset adhuc ætate constitutus,in qua homines,si quid errauerint,facile ueniā consequi solent.Apud Tranquillū in Augusto, c.5.C.Lectorius adolescēs patricij generis,in deprecāda grauiore adulterij pœna,inter cætera ætatem.Senatui allegauit.Seneca li.3.de Ira,inter ea,quæ irā lenire debēr, & nos a uindicta retrahere,pueritiā ponit,& sexū fœmi-
4 neū.Puerū,inquit,ætas excuset,fœminā sexus.† His suffragatur,quòd ætas iuuenilis ex ijs est,quæ maxime, ad delinquēdum irritant,ut dicit Lactātius lib. De Ira Dei, c.22. Et ideo,ut ille dici paulò post,quod multi in prima ætate turpes,& omni iudicio damnati,postmodùm tamē laudabiles exiterunt. quod utiq; nō fieret, ut ille subdit, si omne peccatū pœna sequeretur.Quam sententiam aiter expressit Tullius in oratione pro Celio, quē propter ætatem quoque nitebatur defendere,his uerbis. Equidē multos & vidi in hac ciuitate,& audiui,qui totā adolescētiā,uoluptatibus dedisset,emersisse aliquādo, & se ad frugē,bonā,ut dicitur,recepisse,grauesq; homines, atq; illustres fuisse. Datur.n.cōsensu omniū huic aliqs ludus ætati,& ipsa natura profundit adolescētiæ cupiditates, quæ si ita erūpūt,vt nullius vita labefactēt, nullius domū euertāt,faciles & tolerabiles haberi solent. Et rursum. Multa nobis blādimēta natura ipsa genuit, quæ q̄bus fopita uirtus cōniueret,& iterdū multas uias adolescētiæ lubricas ostēdit,quibus illa insistere,aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsiōe uix posset, & multarū rerū iucūdissimarū varietatē dedit,qua nō mō hæc ætas,sed ēt iā corrobora ta caperetur. Et paulò post,Detur aliquid ętati,sit adole

scentia liberior, nõ omnia uoluptatibus denegentur, non semper superet uera illa, & directa ratio, uincat aliqñ cupiditas, uoluptasq; rõnem. Et paucis iteriectis. Postremò cùm paruerit uoluptatibus, dederit aliquid tẽporis ad ludũ ætatis, atq; inanes hasce adolescẽtiæ cupiditates. reuocet se aliqñ ad curã rei domesticæ, rei forensis, rei publicæ, ut ea quæ ratione anteà non perspexerat, & satietate abiecisse, experiẽdo contempsisse uideatur. Ac multi & nostra, & patrum, maiorũq; memoria Iudices sũmi hoies, & clarissimi ciues fuerũt, quorũ cùm adolescẽtiæ cupiditates deferbuissent, eximiæ uirtutes firmata iã ætate extiterunt. Ex quibus neminem mihi necesse est noiare uosmet uobiscum recordamini. Nolo u. cuiusquã fortis, atq; illustris uiri ne minimũ quidẽ erratum cũ maxima laude coniũgere. Quod si facere uellem, multi à me summi, atque ornatissimi uiri prædicarentur, quorũ partim nimia libertas in adolescẽtia, partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, sumptus, libidines nominarentur, quæ multis postea uirtutibus obtecta, adolescẽtiæ, q uellet, excusatione defenderet. &c. Quibus accedens diuus Augustinus, Nõnullos, ĩquit, legimus & uidimus, qui aut adolescentiæ uanitate, seu ignorãtiæ cæcitate decepti, uario peccatorũ genere tenebantur obnoxii, deinde ocyus ab errore conuersi, maiora adhuc opera feciss iustitiæ, quàm anteà peccata admiserant. Hãc autẽ Ciceronis, Lactãtij, & Augustini sententiam, multis atq; uariis exẽplis virorum illustrium cõprobat Valerius, lib. rerũ memorabiliũ 6. c. 9. quæ illic in prõptu sunt omnibus. Et huc quoque spectat, quod ex Platone afferemus in seq. cã, nu. 2.

5 † Ex quibus facilè colligimus, tres esse potissimũ rõnes, quibꝰ adolescẽtes mitius ex delicto sunt puniẽdi. Primũ, quoniã adolescẽtia sit veluti suapte natura propriũ, & peculiare uitiorũ irritamẽtũ. ideo si quid peccauerit adolescẽs, magis est ascribẽdũ ætatis uitio, quàm pertinaci malitiæ, & improbitati. Deinde quia nõdũ sit huic ætati plenũ ratiõis iudiciũ, atq; cõsiliũ, ut testatur Aristoteles lib. Politicõn 1. c. vlt. & Cice. lib. 1. Offic. scribẽs adolescẽtiæ

inesse maximã imbecillitatem consilii. & Iurecõsultus in l. 1. ff. de minor. vbi asserit fragile esse & infirmum huiusmodi ætatis cõsiliũ, ex hocq; fieri, vt minoribus 25. annis auxilium sit prætor illo edicto pollicitus. Hinc quoque manare, ut adolescentes tutorum, & curatorum auxilio egeant, nec rei suæ administratio eis committi debeat. Nouissime, quoniam spes est eos emendatiores futuros, vitiaq; unà cum adolescentia deposituros. Cùm ergo pœna ob id inter cætera delinquentibus, imponatur, ut emẽdatiores fiãt, ut alibi latius dicemus, restat, ut cessante ea causa, quia uidelicet citra pœnã futurũ sit, ut emenden-
6 tur, debeat cessare pœna, aut certè minui. † Neq; n. omnino impunitum relinquendum est, quod adolescens cõmiserit, modò sit in ea ætate, in qua crimen, quod intenditur, cadere potest. l. ĩpunitas. C. de pœ. & facit l. si quis te reũ. C. de fidei. & c. siquis cuiuslibet in fi & ibi gl. 21. q. 5. Nam in criminibus ætatis suffragio minores nõ iuuantur. Etenim malorum mores, infirmitas animi non excusat. l. 1. & 2. C. si aduer. delic. Impubes autẽ, uel puer non dolicapax omnino non punitur. l. illud relatum. in prin. ff. de iureiu. quæ repetitur in c. illud. 15. q. 1. & ibi gl. & è Theologis, Anto. Flor. in 2. parte 3. partis principalis suæ Summæ, tit. 30. ca. 1. Quanquam lex alicubi pœnam capitalem imponit impuberibus. text. est mirandus in l. excipiuntur. ff. de SC. Syllan. & l. si arrogati. ff. de tutel.

7 † Sed contra hanc sententiam, quæ dicit mitius agẽdum cum iunioribus, est alia Ciceronis sententia (si tamen is fuit) in lib. 4. Rhetoricorum ad Herennium, in hæc uerba, Qui adolescentium peccatis ignosci putant oportere, falluntur, propterea quòd ætas illa non est impedimento bonis studiis. At sapienter faciunt, qui adolescentes maximè castigant, ut quibus uirtutibus omnem uitam tueri possint, eas in ætate maturissima uelint comparare. Sed id proculdubiò intelligendum est, secundùm ea, quæ diximus in præcedenti causa.

8 † Antequam verò hinc digrediamur, illud superpondij loco adijciemus, quod apud vnicum doctorem scriptum

Universidad de Deusto
Biblioteca

reperimus, Quòd si delinquens quispiam propter ætatẽ tenerã, aut mitius, aut nullo modo punitus est, forté ex forma statuti, nõ poterit effectus maior, amplius de ipso delicto, puniri. Ita voluit Hippol. Marsi. in l. infans col. 2. ff. de sicar. & in l. de minore in prin. col. vlt. ver. & an minor. ff. de quæst. utrobique per glo. in l. sciant. C. de legi. hæred. quam dicit doctor. ibi fuisse secutos, quãquam nihil apud eos comperi. nec id quoque ea gl. voluit, quod
9 tamen verissimum existimo. † Et illud quoque quod ab Aeliano lib. omnigenæ historiæ, 5 c. 16. scriptum est, puerum quempiam apud Athenienses, cùm aureã laminam, quæ ex Dianæ corona deciderat, sustulisset, in iudicium adductum fuisse. Iudices autem cùm crepundia, talos, & laminam auream proposuissent puero, is, iterum ad aurum inclinauit. Ideoq; plexus est tanquam sacrilegus, neque ætati ueniam dederunt, sed flagitium, & scelus vindicarunt.

CAVSA OCTAVA.

SVMMAE.

1 *Pœna minuitur ob ingraueſcentem ætatem.*
2 *Plato quas pœnas inſligendas cenſeat inſanis, morboſis, ſenibus, et iuuenibus.*
3 *Senectute eſt uelut altera adoleſcentia atque pueritia.*
4 *Senes repueraſcere dicuntur.*
5 *Meropas duo flumina circumfluunt.*
6 *Senes ſenſum puerilem habent. et unde dicantur ſenes.*
7 *Senes ſi quid peccent, clementius ſunt plectendi.*

1 Octavo, propter ætatem ingraueſcentem pœna quoque mitigatur. l. si quis in graui. §. ignoscitur. ff. de sc. Syllan. & l. 2. ff. de termi. mor. & l. ferè in omnibus. & ibi gl. ff. de regul. iur. & ca. tanta nequitia. 86. distinct. vbi pulcherrimus tex. & cap. tanta. 1. q. 7. & ca. tempora. 26. q. 7. & glo. & doctor. in l. quid ergo. §. pœna grauior. & in

& in l. & si seuerior. & gl. in c. pœnitẽtes, 50. dist. & Alber. Gaud. in tract. malefi. tit. de pœn. co. 15. vers. itẽ in sene. et Bal. in c. 1. de maior. & obe. & Roma. in repe. l. si uero. §. de uiro. in 53. fal. ff. sol. ma. & Io. Plat. in l. vlt. C. qui ætat. se excus. li. 10. & doct. alibi sæpe. propterea dicit gl. i cle. 1. §. pe. in uerbo, necessitate. & ibi no. Pan. de priuil. quòd
2 senectus est cã probabilis dispẽsandi cũ aliquo super pœna delicti. † Id quod Plato legum consultissimus suis legibus sanxit. Si quis, inquit, simile eorũ, quæ aut sacrilegi, proditores, legũ corruptores cõmittunt. ob insaniam, vel morbo, uel senio pressus, uel in ætate puerili constiturus. ita, ut ab istis nihilo differat, admiserit, iudicib⁹ declaratus, & ipso, aut defensore referẽte, quòd sic affectus id cõmiserit, dãnũ quod intulit, simplex oino restituat, cætera sibi remittũtur. Et alibi li. q. Peccata, ait, & puerorũ, & seniorũ ex imbecillitate profecta quidã esse putabit, & illis tanquã peccãtibus legũlator leges præscribet, sed mitissimas oĩum, plurimaq; venia, & indulgentia dignas. Nec lõgè hinc dissidet alia lex diui Benedicti in regula Monachorũ, c. 37. dicentis, ipsam naturã quodãmodo trahi ad misericordiã senum, & infantum, ideoq; statuit, ut nullatenus illis districtio regulæ teneatur, quæ quidem, & ad caput quoque præcedens clare pertinet. Et huc quoq; nõ nihil spectat illud Virgil. lib. 12. Aenei.

Damni miserere senectæ.

4 †His aũt cõcinũr, quæ in illo ipso præcedẽti capite diximus, esse cũ adolescentib. agẽdũ mitius. Nã senectus est veluti altera adolescẽtia, atq; pueritia. Senes. n. oĩbusmodis in pueritiã reuolui, rursumq;, ad initiũ reuerti uidentur, ut scitissimè scribunt Plato in lib. de Regno, & Arist. lib. orbicularĩũ qõnũ, 17. c. 3. quod & quotidiana prope experiẽtia uidere licet. Primùm. n. redit albor, simul & raritas capillitii, quorũ vtrũq; pueris familiare, deinde balbuties, ueluti altera infantia, præterea gingiua exarmata dentibus. aut certe per paucis, & eis uacillantibus instructa, quod & ipsum infantibus cõe. Quinetiam senibus oẽ corpus ad puerilem modũ decrescit, cõsimilis virium imbecili-

Universidad de Deusto
Biblioteca

becillitas, iam uerò cibi quoq; consimiles utrique ætati congruunt. Postremò morum inepti a, leuitas animi, & hoc ipsum nihil sapere in senibus, infantiam quādam referre uidetur. author est enim in Politicis Aristote. post annos duodequinquaginta ingenij uigorē euanescere. & alibi in eisdem Politicis, mentis atque animi senectutē esse, ut corporis. Quapropter Euripides in Bacchis ait,

Vestram senectam video mentis indigam.

Et Plautus in Mercatore,

Senex quòm exemplò est, iam nec sentit, nec sapit,
Aiunt solere eum repuerascere.

4 † Vñ sit, vt senes pueris mire delectētur, quasi similes, iā ad summum amorē propensi. Hinc quoq; illud Antiphonis, Senem nutrire, perinde est quasi nutrias puerum.

Propterea senes, quòd iam diximus ex Plauto, estq; Luciani sñia in Saturnalibus, repueraſcere dicuntur, quasi iterum in pueritiā reuersi, & de illis effertur vulgo notissimum prouerbiū, Bis pueri senes. cuius é Græcis meminerunt Plato lib. 1. de Repub. & iterum li. 1. de Legibus, Aristophanes in nubibus, Sophocles in Peleo, Theopompus, & Lucianus, & è Latinis scriptoribus Seneca. & Autonius ad Hesperium: & longè ante eos ille vndecunque doctissimus Varro, cui hæc una est ex illis prouerbialib. Satyrarum inscriptionibus, quam citat Gellius lib. Noctium Articarum sexto, capite, quinto. Ex quo item Lucianus ipse Callipædas fieri senes scribit, quòd ipsi pueri sapiant. Et ut monet Cato ille Censorius, si is est,

Cùm sapias animo, noli irridere senectam.
Nam quicunque senex, sensus puerilis in illo est.

Quos uersus ita Græcè uertit Planudes

Ἀρτίφρων τελέσῃς γέρα, μὴ χλεύαζε γεραιόν.
Ταυτόσι γὰρ πολιοῖς παίδων φρένες εἰσὶ νεογνῶν.

5 Refert Aelianus in uaria historia lib. 3. ca. 18. † quo disserit de Sileni, & Midæ confabulationibus extra orbem nostrum homines quosdā esse, quos Meropas uocant, quos duo flumina circunfluunt, unū uoluptatis, alterum tristitiæ, ac mœroris, utriqui adnasci arbores, qui eius prātis fructus producūt, ut qui ex his degustarit, indesinētes lachrymas fundat, sicq; demùm moriatur, at illarum pomo uescentes, desideria omnino alia desinūt, cōtractas quoq ætates prorsus repetentes. Siquidē senectam exuere primum, ac uigorem induere, perq; quosdam uelut gradus effectos iuuenes transire mox ad pueriles annos, ac de-
6 mum infantaliter commori. † Ex nostris verò Accursius in l. senectus. C. de dona. scribit senes habere sēsum puerilem. Archidia. quoque in d. c. tanta. 86. dist. incl. tradit senes ita dictos esse, quòd se nesciunt, deliraut enim per niam ætatem. Quidam tamen, ut ille subdit, ita dictos putant, a sensus diminutione quoniam præ uetustate desipiant. Physici enim dicunt puerorum, & senium ætates conuenire, in istis siquidem nondum, si est sanguis, est calidus, in illis iam frigidus est. hæc ille. Bald. item hanc minuendæ pœnæ in senibus rationem perspiciens in repe. dicto. §. pœna grauior. columna quinta, uersicul. quæro iuxta prædicta. dicit post Odoff. quod nimis senes interdum reuertuntur ad sensum puerilem. hoc tamen non placet Angel. qui in authen. de monast. post princip. dicit illum text. loquentem de quodam annorum centum viginti pollente virtutibus, facere contra uulgares, qui dicunt senem reuerti ad sen-
7 sum puerilem, sed certè rarenter accidit, quod ille text. tradit. † Ideo, ut concludamus, cum iuniores sint mitius puniendi, ob id potissimum, quòd nondum habeant perfectum consilium, atque iudicium (ut iam diximus) consequenter seniores, qui quantum ad eam rem pertinet, sunt in pari causa, ut qui bonam partem consilij, mentisq; amiserunt, clementius quoque plectentur. Quod & astruit illud Aluarici apud Claudianum, de uictoria Stilitonis.

Si non mentis inops, fraudatq; sensibus ætas
Præberet veniam, nunquam hæc opprobria linguæ
Turpia Danubius me sospite ferret inultus.

Causa

CAVSA NONA.

SVMMARIA.

1 *Mulieres si quid peccent, mitius cùm illis est agendum, propter sexum, et consilii imbecillitatem.*
2 *Aurelianus Imperator Zenobiam, uita donat, cùm alioqui a militibus ad supplicium fuisset requisita.*
Et de leone grauius sæuiente in uiros, quàm in fœminas.
3 *Mulieres ceteris per omnia paribus leuius peccant, quàm uiri.*
4 *Vir adulterando aut fornicando grauius peccat, quàm mulier.*
5 *Mulieres minus rationis habent, quàm uiri.*
6 *Mulieres si quid admiserint, impunitas non conuenit relinqui.*

10 NONO, †propter sexum mitius agendum est in pœnis cum mulieribus, l. sacrilegij pœnam in prin. ff. ad leg. Iul. pecu. & l. si adulterum. §. stuprum. & §. fratres. & §. incestum. ff. de adulte. & c. ficut dignum. in prin. de homic. & c. indignantur. 32. q. 6. vbi est tex. elegans, tantò grauius uiros puniri oportere, quantò magis ad eos pertinet, & uirtute uincere, & exemplo regere fœminas. Et facit tex. in l. quisquis. §. ad filias. C. ad leg. Iul. maie. in illis verbis, Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus, & c. & quod uoluit Bald. in l. quicũque col. 3. versic. & in summa. C. de seruis fugit. Apud Saxonem Historiæ Danicæ lib. 5. Ericus vir multæ prudentiæ contendit muliebribus erratis sæpius ignoscendum esse, nec pœnam insligendam esse, nisi correctio culpã nequiui esset
2 corrigere. † Aurelianus Imperator Zenobiam ad pœnã à militibus requisitam, quòd sibi imperium usurpauerat, uita donauit, indignum existimans mulierem interimere. author in uita ipsius Aureliani Vopiscus. Sentẽtia est Virgiliana lib. 2. Aeneidos.

Nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est.

Plinius li. 8. Naturalis Historiæ, rem satis mirã dicit, leonẽ ubi sæuit, in uiros plus, quàm in fœminas fremere, ueluti

luti eum natura docuerit fœminas clementiùs, quàm mares tractandas. Et huc quoq; pertinet quod ex Seneca ad
3 duximus supra, in. 7. cã nu. 3. in fi. †Theologi asserunt uirum cæteris per oĩa paribus grauiùs peccare, quàm fœminã. Hinc diuus Tho. 2. 2. q. 163. art. ult. autumat Adam plus peccauisse. quàm Euã, consideratã conditione peccantium, quoniã ille erat ista perfectior, licet aliis circunstantiis minus peccauerit. Quod & uoluit diuus Bonauentura in. 2. lib. sent. dist. 22. arti. 1. q. 3. & ibi et Scot. & alii,
4 & è nostris Archi. in. c. illud. 40. dist. † Hinc quoq; uir fornicando, aut adulterãdo grauiùs peccat, quàm fœmina, habito ad id respectu, quòd plus rõnis uir habeat, quàm fœmina, licet aliis considerationibus plus peccet mulier. de quo per docto. Theologos in. 4. sent. dist. 35. ubi diuus Tho. in. 4. q. & diuus Bonauent. in expositione textus & Richar. art. 7. q. 4. & Rober. Hol. in sapientiã Salomonis lectione. 46. & Ant. Flor. in. 1. parte. 3. partis principalis, tit. 1. §. quantũ ad primum certũ est, versi. secundò debet esse in operibus. & 10ã. Nider. in expositione Decalogi, in primo præcepto, post princ. & è nostris Archi. in. c. 1. col. 1. de pœn. dist. 1. per text. in. d. c. indignantur. Et nos quoq; plenius diximus in nostris Legibus Cõnubialib', l. 1. nu. postremæ editionis. 85. incip. sed & eodem, & seq.
5 † Et quòd huius rei ea rõ sit, quam suprà scripsimus, satis cõstat ex his, quæ dicta sunt, quoniã uidelicet minùs habeant rõnis fœminæ, quàm mares, ut latiùs quoq; diximus in nostris Legibus Cõnubialibus. l. 1. nu. 69. incip. secundũ quoq;, & multis seq. Vnde cõsentaneũ, ut minus etiam sint puniẽdæ, si quid admiserint. Quod uel hinc satis constat, quòd uir ab altero lacessitus, si in defensione modũ excesserit, puniendũ est, licet mitiùs, ut multis probauimus suprà in prima cã. At si brutũ animal, quod omnino rõnis est expers, alterũ prouocans interemerit, nulla domino cõperit actio. l. 1. §. cùm arietes. ff. ad leg. aq. quoniã, ut ait Fel. in. d. c. dilecti, col. 6. ver. prouocatus de sinquẽs, de exeep. Deus dedit rõnẽ hominibus, qua affectus omneis ac perturbatiões uincãr. In brutis uerò nulla

Universidad de Deusto Biblioteca

la est ratio, quæ possit iram cõpescere ad limites moderatæ defensionis, ideoq; sua illis facta nõ imputantur, ut est tex. in. §. ex eo aũt. 15 q. 1. Ob idq; Fel. ipse post alios reprehendit Spec. alicubi dicentẽ, ut in d. 1. c. diximus, in iuriis lacessitũ, si prouocanti iniuriã dixerit, esse excusandum, per. d. §. cùm arietes. cùm secus sit iudicandũ de hominibus, ac de brutis animãtibus. † Igitur ut ad propositum ueniamus, cùm uiri plus habeãt rõnis, quàm fœminæ, qua possint uirilius uitiorũ incitamentis, & (ut uocant Theologi) tentationibus resistere, æquum est, mulieres clementiùs puniri. non tũ impunitas omo relinqui cõuenit, ut bruta, quæ prorsus rõne carent, cùm fœminę aliquid rõnis habeant. Vide tamen, quæ dicã infra in. xj. causa, nume. itẽ. xj. ex Bald. in. l. 1. C. de interd. mat. in. 2. lect. & rursum nume. 23. eius causæ ex glo. in. c. ult. 1. q. 4. Ex qbus intellige hæc, quæ dicta, duob⁹ modis declarari.

6

CAVSA DECIMA.

SVMMARIA.

1 *Tyroni, et in nouo quopiam negocio non satis perito parcendum.*
2 *Ciui nouello ignorãter quid facẽti cõtra statuta ciuitatis, ignoscẽdũ*
3 *Experienti primum, et deliquenti parcendum.* Et quid si iterum eò re. abatur. nume. 4.
5 *Facinus iteratum non opartet esse impunitum.*
6 *Homicidium aut aliud crimen à se aliàs perpetratum si quis iterũ admittat, præsumitur in dubio dolose et malo animo fecisse.*
7 *Deus an iterum peccantibus ignoscas.*
8 *Vulnus iteratum, tardiùs sanatur.*

1 DECIMO, ignoscendũ illis est, qui rudes nouo quopiam in negocio, uel arte incipiũt uersari, si quid per imperitiã deliquerint, ut est text. in. l. desertorẽ. § si plures. ff. de re milit. ubi tyroni parcendũ est, &. l. qui cũ uno. §. ult. eo. ti. ubi ita scribitur. Sed & ignoranti adhuc discipli nam tyroni ignoscitur. & iterũ in. l. qui cõmeatus. in fin. eod. quoq; ti. ubi tyroni in hoc faciliùs ignoscitur. Quos tex. dicit alibi nõ reperiri Barb. in repe. rub. C. qui admi.

col. 10.

2 col. 10. † Et illorum authoritate rũdit Rom. cõsi. 228. pro plena discussione, col. 2. uersi. secũdò quia cũ ipse. parcendum esse ciui nouello, qui ignorãter quidquã facit contra statuta ciuitatis. quod & idẽ uoluit ipse Rom. consil. 251. clarissimè dicitur, ante medium, & rursum consi. 491. in casu propositæ cõsultationis, & in repe. l. si uero. §. de uiro. fal. 51. ver. 21. ff. sol. ma. & sing. 73. nunquid ciui nouello. Et idem propemodũ ante eum dixerat bal. in l. cũctos pop. col. antep. uer. circa maleficiũ. & ibi Ias. aper tius in 2. lec. 15. uersi. itẽ inquãtũ. C. de sum. tri. & fid. car. & idẽ bal. ĩ. l. data opera, co. 5. uer. quæ de iure cõi. C. qui accus. non pos. Et hoc quoq; uoluit Barb. in d. rub. qui admit. ad bo. pos. & in rub. ff. de uerb. ob. co 8. uersi. sed profectò uenia dignus sum. & Frã. Cur. senior. cõs. 27. magni ficus uir, col. 10. uersi. 2. præmitto. & Fel. in c. à nobis. post prin. de excep. & Frã. Cur. Iunior cõsi. 19. uiso, ac diligen ter cõsiderato processiũ, col. 3. uer. & tanto maximè. & Io. Crotus in repe. c. ut aiarũ, in 3. no. de cõsti. lib. 6. ubi dicit se per hoc defendisse scholasticũ, qui cõtra statuta Bononiensium, ex alieno territorio pannũ faciẽdis ve-

3 stibus attulerat Bononiã. † Et ut ex cæteris authoribus aliquid adferam, Quintil. ille declamator, auus, ut nõnul li putãt. Fabii Quintiliani rhetoris, declam. 376. nouitiis etiã seruulis ignoscitur. Et his germanũ est illud Græcorum prouerbiũ, à Diogeniano in collectaneis relatũ, συγγνώμη πρωτοπείρῳ, id est, uenia primum experiẽti. Quod & D. Chrysostomus probat in quadã Homilia, καὶ τῷ μὲν ἐν ἀρχῇ πειρᾶσθαι συγγνώσεσθαι ἅπαντες διὰ τὴν ἀπειρίαν. Et ei qui lapsus est ĩ initio, ueniã damus oẽs ob imperitiam. Et aliud quoque non absimile prouerbium, συγγνώμη τῷ πρῶτον ἁμαρτανόντι, uenia primum delin-

4 quenti. † Verum, si tales iterato deliquerint, nõ iam illis parcitur, sed pœna cõpetenti afficiũtur, ut est tex. in d. §. si plures, & facit tex. in l. 3. ante fi. C. de epi. aud. ĩ illis uer bis, remissionẽ ueniæ crimĩa nisi semel cõmissa nõ hẽant. ex quo tex. not. bal. ibi, quòd qui geminauit delictũ, non debet sperare ueniã. per illum quoq; dicit sing. Gul. Cu.

quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quẽ ſequũtur Bal.ipſe,&Pau.ca.qꝫ ſi qs a prĩcipe gratiã habuit devno homici.facitq; poſtea alterũ homicidiũ,& de illo obtinuit gratiã,nulla primi homicidii mẽtiõe fcã, hmõi gratia ẽ ſubreptitia. Hoc quoq; ſequitur Rom.ĩ.l. de pupillo.§.ſi ĩ plurib.vbi hoc reputat ſing.& ibi quoq; Ias.col.pe.i fi.ff.de ope.no.nũ.ſequitur itẽ Io.Ana.in c. ad abolendã,col.2.de hæret.& Barb.ĩ.d.c.ul.col.2.&ibi quoq; Rochus Cur.col.ẽt.2.de cõſuet.& idẽ Barb.ĩ c.ſuper.literis.col.23.verſ. & per iſtã gl.de reſcrip.ubi dicit vidiſſe ſi aliquẽ decapitari Bononiæ,qui in ſua gratia nõ facerat mentionẽ de primo homicidio Io.Cro. in d.c.vt animarũ.co.ul.ubi hoc dicit eſſet ſing.& Math.Afflict.in conſtitu.Siciliæ,incip.cũ uniuerſis.col.3.in 10.not facit præterea tex.in c ſi uir.in fi.de adulte. & quod ibi no.gl. & Panormit. & cap. ad abolendam de hæreti.cum ſimil.

5 † In quem ſententiam princeps Lyricorum Pindarus,

Τὰς δὺο ἁμπλακίας φορεῖν αὖθις,

Tanquã.ſ.iteratum facimus non oportere eſſe impunitũ. Et in eos quoque iterum eadem re peccant, eſt ſenarius prouerbialis à Zenodoto ĩ collectaneis adagiorũ relatus,

Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν ἐκπεσεῖν λίθον:

Iterũ ad eundem turpe lapidẽ impingere. cuius meminit Cic.epiſt.fam.10.epiſt.19.& Auſonius ĩ epiſt.3.ad Paulĩ,Ad quod etiã alludit Ouid.li.2.Triſtiũ,poſt princi.

At nunc tanta meo comes eſt inſania morbo,
Saxa memor refero rurſus ad iſta pedem.

Quo quidem prouerbio planè ſignificatur, iterãti culpã non eſſe dandã ueniã. A quo nõ longè diſſidet ille Publij Syri apud Gell.lib.17.c.14.& Macrobium li.Satur.2.c.7.

Improbé Neptunũ accuſat, qui iterũ naufragiũ facit.

6 † Facit & ad hoc quod ſcribit Albert.Gaud.in tit.de homicid.col.ult.verſi.iſtud autẽ not. Quòd ſi quis homicidium,aut aliud crimẽ à ſe aliàs perpetratũ iterum perpetret,præſumitur in dubio doloſè, & malo animo feciſſe. Quod dictũ pro ſing.citat Hip.Marſil.in l.1.§.diuus.col.ulti.ff.de ſica. Sed tu aduerte,quod hoc Alberti.nõ dicit, quiu illud ſimpliciter tradit, illũ qui alterũ uulnerauit, vel

uel occidit,præſumi doloſè,&malo animo feciſſe,nec loquitur de crimine aliàs cõmiſſo.& ad hoc ẽt alleg.text. hoc ſimpliciter uolentes.ſ.in.l.1.de ſicar.&.l.ſi nõ conuitij.C.de iniur.in quibus probatur dolum præſumi in his, quæ ſunt ex ſe mala.de quo latiùs ſcribam infrà cap.14. Propterea nullũ omnino dubiũ eſt uideri illũ doloſé cõmittere,qui delictũ iterat, cùm & id quoq; præſumatur,

7 ſi ſemel tantum commiſerit. † Nec deſunt,qui uel Deum Optimũ Maximũ non parcere iterũ peccantibus,ẽt pœnitẽtibus aſſeuerãt, alioqn.n.ut ipſi dicũt, remiſſo,eſſet ad peccatũ inuitatio,uel iuxta eiuſdẽ Publij aliũ mimũ,

Veterem ferendo iniuriam,inuitas nouam.

Quis enim,inquiunt,nõ ſemper peccaret,ſi redire ſemper ſperaret? Propterea Deũ ſemper mali incitatorẽ fuiſſe,quia ſemper pœnitẽtibus ſubueniat, eiq; placere peccata,quibus præſto ſemper eſſet gratia. Cæterũ, inquiũt,quẽ Deus bis illuminauit?quẽ leproſum bis mũdauit? quẽ mortuũ bis ſuſcitauit?non Lazarũ, quẽ dilexit? non filiũ uiduæ,quẽ miſertus,matri ſuæ reddidit,nõ filium diſſipatorẽ legitur bis ſuſcepiſſe,non filiam Abrahæ bis à dæmonio liberaſſe,in nulla perſona bis iteraſſe facẽtũ,dicens,ut illi inquiũt,à Domino non ſæpe fieri remedium. Dixit multis,Vade,& noli amplius peccare, ne quid tibi deterius cõtingat,promittẽs pœnã,non ueniã. quibus poſſet uideri accedere diuus Paulus ad Hebr.6.c.

8 Impoſſibile eſt, ait, eos qui prolapſi ſunt, rurſus renouari.&c. † Sed iſtorũ opin.abundè redundanterq; reprobat,atq; illorũ importunis argumentis rñdet diuus Aug. in lib.de pœnitẽ.cuius verba reperiuntur in.4.lib.ſen.diſt. 14.ubi longè lateq; doctores Theologi,& in decretis Canonicis.c.adhuc,de pœn.diſt.3.atq; etiam Alexã. Ales in quarta parte ſummæ,q.64.membro 2.& 3.in quibus locis oſtendunt,probantq; propè ſuperfluenter, Deum ẽt iterum,atq; iterũ lapſis parcere. Nam Dominus Petro interroganti, Domine quotiens peccabit in me frater meus,& dimittam ei? uſq; ſepties? reſpondit, Non dico tibi,uſq; ſepties, ſed uſq; ſeptuagies ſepties, ut ſcribitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matthæi 18. cap. Verum non dubium est grauius peccare, difficiliusq; ueniam obtinere, vulnus enim iteratum, ut dicit Augustinus in libro Soliloquiorum, & in Decretis, ubi suprà citauimus, sanatur tardius, frequenter peccans, & lugens vix veniam meretur.

CAVSA VNDECIMA.

SVMMAE.

1 *Delinquens ignoranter, rusticitate, aut simplicitate, mitiùs punien dus, cum minùs peccet, et nu. 2.*
3 *Iuris ignorantia excusat à dolo.*
4 *Factum ignorantia probabile quòd puniatur, nullus à Principe inferior, facere potest.*
5 *Iuris error an omnino excuset à dolo.*
6 *Iuris implicati, et intricati error probabilis est non secus ac error facti.*
7 *Ignorantiam, rusticitatem, et simplicitatem excusare, quomodo sit accipiendum, et nu. 8. 9. 10. 11. 12. 15. et 25.*
13 *Tropus interdum ad conclusuras pertinet.*
14 *Clam fieri quando quid dicatur.*
16 *Iudicis est considerare, cuiusmodi sit rusticus, et quæ qualisue contrarietas in eo inueniatur, ad hoc ut ille excusetur.*
17 *Rusticus sagax non excusatur si quid peccauit.*
18 *Rusticitati non parcitur in his, quæ sunt introducta ad rigorem iuris conseruandum.*
19 *Rusticus non excusatur in his, quæ faciunt ad formam et solemnitatem actus.*
20 *Rustico parcitur erranti in iure ciuili, cùm peritiores consulere non potuerit.*
21 *Scire omnes natura desiderant.*
22 *Rustici peritiores consulere debent.*
23 *Rusticis succurritur in expressis à iure ciuili tantùm.*
24 *Iuris ignorantia, simplicitas, uel rusticitas in quibus excuset, 26.*

1 VNDECIMO, non solum in casu precedenti, sed & semper aliàs, cum quis ignoranter rusticitate, aut simplicitate ductus deliquit, quatuis regulariter nō omnino excusetur, quin peccet, & puniatur. l. 1. ff. de legi. & ibi cor. in gloss. & c. qui secundum carnē. 23. q. 4. & c. si quis dederit. 24. q. 1. & ibi quoq; concor. in glo. & in c. quemadmodum. & ibi glo. 32. q. 7. & in eam rem multa adducit diuus Hierony. in dialogo contra Pelagiū, & noster Gratianus. 15. q. 1. in summa, & Alex. Ales in 2. parte summæ. q. 172. membro 1. & in 4. parte. q. 65. membro 2. artī. 1. & diuus Bonauentura in. 2. senten. dist. 22. & ibi quoq; alij.

2 †Licet (inquam) non omnino excusetur, is tamen minus peccat, ut omnes Theologi asserunt. d. dist. 22. & diuus Thomas. 2. 2. q. 76. art. 3. & seq. ideo minus cū eo agitur. quin, & plerunq; ei parcitur. l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ier. l. si quis id quod. §. 1. ff. de iurisd. omn. iud. ubi recentiores multa ad hoc iura adducunt. Et præterea. l. si quis in graui. §. si quis ignorans. ff. de sc. Syllan. & ibi cōcor. in glo. & l. senatusconsul. C. de his qui sibi ascrib. in testa. & c. super literis. de rescrip. & ibi glo. quæ adducit concor. & doc. & c. cū uniuersorū, & ibi etiam gl. de rerum permut. & c. inter, in fi. de transla. episc. & c. 2. & ibi glo. Panor. & Io. and. de fortileg. & c. pe. 8. dist. & §. criminis, ver. peccata. 25. dist. & c. tanta nequitia. 86. dist. & c. tanta. 1. q. 7. & c. si quis dederit. & ibi glo. in uerbo, dederit. 24. q. 1. & c. sciendum. de pœn. dist. 2. & c. 2. de con

3 sec. dist. 2. †Pro quibus facit etiam, quòd ignorantia iuris (de ea enim loquimur) excusat à dolo, ut uoluit glo. notab. in l. plagij. C. ad legē Flauī. de plag. quam ad hoc dicit sing. Io. Ana. in c. per tuas, huius initii 3. & ibi post eū Fely. in. 3. no. de simo. Et ibi quoq; Panor. not. per illum tex. minus peccare, qui iuris ignorātia peccat, quàm qui scienter facit. sed est glo. illi similis in. l. 1. in glo. ult. ff. de abig. & alia quoq; in. l. vendition. ff. de usucap. pro empt. & pro illis est text. in. l sed etsi lege. §. scire, & ibi Barro. ff. de petit. hæred. & etiam text. in. l. si quis in graui. §. si quis ignorans. verſic. etsi sciens, de senatusc. Syllan. & in

l. si quis id quod ver. doli, & ibi Ang. & Alex. qui hoc limitat. ff. de iurisd. om. iud. Et hoc ẽt uoluit Pet. Ancha. & Card. Floren. in cle. 1. in prin. de sepul. ubi & ad hoc ipse Card. allegat tex. in l. 1. §. si publicanus. ff ui bon. rapt. & idẽ uoluit Pau. cast. cõsil. 277. in cã incarceratorũ, col. 2. ver. 2. præmittendũ, lib. 2. & iterũ cons. 292. ad primũ uidetur rñdendum, in fi. 3. dubii, rursumq; consil. 430. circa primũ quæsitum, post prin. eod. li. 2. Ioã. Pla. in l. 1. in fi. C. ut digni. ordi. lib. 12. ubi tamen intelligit, nisi sit color quæsitus, & Philip. Dec. consi. 37. in causa rigorosæ accusationis, col. 4. uer. similiter requiritur quòd hoc factum sit. Et per glo. in d. l. plagij, dicit no. Bal. consi. 9. ad euidẽtiam dicendorũ, lib. 3. quòd ignorantia siue iusta, siue iniusta excusat à pœna corporali. Et faciunt, quæ latè diecemus infrà in. 43. cau. 24. Facit præterea quod no. uoluit Rom. in l. de pupillo. §. nuntiationẽ. ff. de oper. nou. nũt.

4 †quod nullus iferior à principe põt facere, quòd ignorãtia probabili factum puniatur. dicitq; hoc fuisse sing. dictum Compostel. in c. capitulũ, de rescrip. ideoq; legatus hoc non põt, secundùm Arch. in c. si apostolicæ. de præben. lib. 6. Papa, de quo uide gl. in c. si quis iusto, de elec. lib. 6. & tex. no. & ibi doc. in c. 1. post prin. de concess. præ

5 ben. eo. lib. Et licet id quod suprà diximus, † errorem iuris excusare à dolo, nõ omnino uideatur sine dubio transisse in rem iudicatam, propter tex. in §. quia tamẽ. insti. ui bon. rap. quẽ in iuris ignorantia. nõ facti intelligit Innoc. ille cano. coryphæus in c. cum in officiis, col. ult. de testa. super quo uide Ioã. Ana. in d. c. per tuas. At illud

6 certè caret omni scrupulo, † errorẽ iuris implicati, ut loquimur, atq; intricati esse, diciq; probabilẽ, non secus ac errorem facti, ut est tex. quem in id ponderat Ant. in ca. cum dilectus, & ibi quoq; Imol. col. 4. uer. potes dicere, Card. Floren. Per. Anc. & Panor. qui dicit multum not. & ipse Card. in cle. 1. in. 4. q. de regular. & in cle. 1. §. sanè, in 3. oppo. de usur. & in cle. 1. in. 25. quæst. de reb. eccl. non alien. Spec. tit. de expensis. §. nunc uidendũ, col. 1. & Io. And. in. c. ut debitus, per glo. ibi in uerbo, rationabili, de

appel.

appel. & in c. 1. de post. præl. li. 6. Bal. ĩ prin. ff. col. ul. uer. sexti. dicunt, Ange. in l. destitisse. ff. de iudi. & in l. proprandũ. §. sin autẽ alterutra. C. eo Anto. in c. de quarta, & ibi Pan. col. 2. de præscrip. Imo. in c. si diligẽti, & ibi Pan. col. 7. versi. in ea. glo. ibi habeat, eo. tit. & iterũ in repe. c. vlt. col. vlti. eo. tit. Pan. in c. ult. in 2. not. de consti. & in c. dudũ. col. 5. versi. itẽ nota quòd, de deci. & Ro. cons. 123. circa primum dubiũ, col. 3. versi. secundò quia credidit & Alex. consi. 92. perspectis his. col. ult. lib. 1. Corne. 290. ꝙ fuerit iustẽ cõdẽnatus. col. 4. versi. & probabile, lib. 1. & iterũ consi. 323. clarissimũ est, in fi. eo. li. 1. & cõsi. 147. quia cã, col. 2. uers. adeò quòd probabile, lib. 2. & cõ. seq. in præsenti consultatione. col. 3. uersi. & quando ius, eo. lib. 2. Id quòd ẽt dixerat consi. 127. primo aspectu. col. an

tepe. uers. adeò ꝙ q dicit, eo. li. 2. ubi dicit no. ad hoc tex. in d. c. cùm dilectus, & iterũ cõ. 181. cuius uisa copia, co. pe. uers. ex quibus rectè, lib. 3. & cõ. 189. quãquã, ante fi. li. 4. & Soci. cõ. 33. uiso instrumẽto. dñe. eo. vlt. li. 4. ubi ad hoc dicit sing. gl. ĩ d. c. cũ dilectus, cũ aliis cõcord. latè ad ductis per Fely. in c. de quarta col. 9. uers. limita utiliter, de præscrip. quibus addes quod no. scribit Io. Fab. in §. hæc ãr. col. 2. uerb. credere tũ, Inst. de pœn. teme. litig. ꝙ

7 error iuris dubii inducit iustã cãm litigandi. †Restat, ut quæ diximus multis modis intelligenda, declaremus, Ergo, quod dictũ est ignorantiã, siue rusticitatẽ, aut simplicitatẽ excusare intellige primò nõ procedere in his, quæ fierẽt cõtra ius naturale, aut ipsius iurisnaturalis rõnẽ, ut est text. in l. 2. & ibi gl. & doc. C. de in ius uoc. & uoluit ẽt glo. in l. respiciendũ. §. delinquunt, & ibi Bar. ff. de pœn. glo. in summa. 38. dist. & in §. notãdũ 1. q. 4. ubi est bonus tex. Dy. in c. ignorantia. col. pe. de reg. iur. li. 6. Cy. & Bal. in l. 1. C. de interd. mat. Cul. de mõ. Lau. in cle. 1. & ibi ẽt Card. in 5. q. de cõsan. & affini. Bal. in l. actionibus. §. plane. co. pe. ff. de in lit. iur. & in c. ult. col. 3. uer. itẽ nõ parcitur, de confes. Panor. in ca. super literis. co. 6. super glo. in uerbo, simplicitate, de rescrip. & è Theologis Alex. Ales in 2. parte summæ. q. 41. membr. 4. arti. 2. & bene facit tex.

in l. si adulterium. §. stuprum, & ibi glo. in verbo, iure gen
8 tiũ. ff. de adul. † Intellige secũdò, ut procedat quod diximus in præcedẽti arti. nõ solùm, si quid fiat cõtra ius naturale, sed ẽt si contra ius gentiũ, per id quod not. scribit Bal. in l. si quis in tantam. col. 3. uersi. septimò quæritur. C. unde ui, quòd non excusatur qui possessionẽ ab alio occupatam propria authoritate inuadit, arbitratus simplicitate quadam, & errore hoc sibi licere, quia simplicitas huiũi mala est, & contra ius gentiũ, quæ nõ excusat, nisi peruenieret ex alia causa rõnabili, ut in casu quẽ subiungit, ante bal. verò glo. ibi, in qõne, dixerat militẽ. & rusticũ ea lege teneri, cùm inuadere, sit contra ius naturale, per tex. in d. l. 2. C. de in ius uocan. & illam glos. sequitur bald. ibi. col. 1. uersi. nunquid miles, & rusticus. ubi ẽt dicit, quod uiolẽtia est delictũ, quod cõmittitur contra ius gentiũ, in quo nulli parcendũ est, per text. in d. §. stuprũ. ubi tamen glo. exponit iure gẽtiũ. i. iure naturali. Ex quibus patet Accursiũ illud quod dictũ est, iure naturali assignare, quod Bal. iuri gentiũ. Sed utrumcunq; sit, quantis, & utrunque esse possit, hoc dictum est ualde notãdũ.

9 † Intellige tertiò, nõ procedere in eo, qui erraret in iure ciuili notorio. & indubitato. per id quod dicit no. Ange. in l. ex consensu. §. ult. ff. de appel. quòd sicut causa, quæ a iure naturali est reprobata nõ excusat à uero dolo, ita nec cã reprobata à iure ciuili notorio, & indubitato, & cũ hoc dicto transit Imo. ibi, circa prin. ulti. char. & Alexã. consil. 103. hoc initio, uidetur prima cõsideratione dicẽdũ. col. pe. uersi. & dato quòd comes Nicolaus, lib. 1. &ui
10 de quæ dicã infrà in causa. 42. in fi. Intellige quarto, non procedere in his quæ sunt contra speciẽ honestatis, ut pulchrè uoluit Bald. in l. quicunque. col. pen. uersi. & no. quòd in his. C. de ser. fugiti. referens ad id text. in dict. l. 1. C. de interd. mat. ubi, & hoc dictum sequitur Alexan. in addit. ad Bald. ibi & Firmianus in tractatu de episcopo. in quarta parte libro quarto in sexagesima quæstione uersic. item sciendum. & Iason in d. l. si quis id quod. colum. 8. uersi. tertiò fallit. ff. de iurisdictione omni. iudi.

11 In

11 † Intellige quintò, non procedere in his, quæ clã facta sunt, in quibus, etsi prætendatur. ignorantia. uel simplicitas, præsumitur tũ dolus, neq; excusatur aliàs excusandus, tex. est no. in l. ult. ff. de rit. nup. & ita per illũ tex. uoluit glo. no. in l. qui cõtra, in uerbo, errore. C. de incest. nupt. & glo. in d. l. 1. C. de inter. mat. & ibi doctores inter quos Bal. in 1. lect. dicit ex hoc habere notabilẽ limitationem legum, quæ dicunt sexũ, & rusticitatem excusari. Et in 2. lect. dicit menti esse tenendam eam glo. contra rusticos, & idem Bald. in l. error facti, col. 3. in 1. q. C. de iur. & fact. ignor. & Bart. in l. si adulterium, in prin. col. pe. ff. de adulte. & Roma. singu. 714. regula est quod quecunque, & consi. 506. in repræsenti breuiter, &c. col. 1. ubi ad hoc dicit sing. tex. in d. l. 1. secundùm lect. glo. & Ioã. Ana. in ca. cũ ex iniuncto. in 3. no. & ibi etiam Feli. in prin. de hæret. ubi est bonus tex. ad hoc, & Panor. in ca. de homine, de celeb. miss. & Alex. in addi. in Bart. in l. penul. C. de iuris, & fact. ignor. Firmianus ubi nuper citauimus d. quæstione sexagesima uersi. item neminem excusat. Fely. in cap. consuluit. col. penult. uersi. gloss. in uerbo, lucem. de offi. & potest. iud. deleg. & in cap. porrò. de senten. excõmu. & in cap. quoniã. col. 3. uersi. quinta conclusio. de simo ubi, & de hoc dicit esse text. in cap. ulti. §. si quis uerò. de cland. despon. ubi certe est tex. elegans, in hæc ferè uerba, Cùm illi clam contrahendo nõ expertes scien-
12 tiæ, uel saltem affectores ignorantiæ uideantur. † Et huc pertinet illud Ioannis cap. 3. Qui male agit, odit lucem. quod usurpauit Pontifex in d. ca. consuluit, quo loco glo. & docto. multa iura congregant, quæ actus clandestinos simulationis, doli, & fraudis insimulant. Quod, & facit Roma. consi. 54. uisis circa id. col. 3. uersi. similiter. & Cæpo. in tractatu, de simulatione contractuum. in
20 præsumptione, Barb. consi. 53. præclarè scripsit Psalmista, colum. 12. uersicu. & præmitto pro euidentia, libr.
13 2. & latissimè Hippo. Marsi. in rub. ff. de sica. col. 2. † Concinit quoque supradictis, quod scribit Fabius lib. Oratoriarum Institutionum 5. c. 10. quo, de argumẽtis differit,

Tropon interdū ad coniecturas pertinere, ut si dicam bona mente factū, iō palàm, mala, ideoq; ex insidiis, noctu, ī solitudine. Et quod Demonax philosophus celeberrim⁹ Impe. Hadriani tēporibus, nunquā adducit potuit, ut ad sacra mysteriaq; Eleusina accederet, quo nōe accusatus ueluti patriæ religionis cōtemptor, id in concione excusauit, testatus ea sacrificia iure sibi esse suspectissima, qđ clanculū, & in occulto fierēt, quoniā si bona essent, ea oī no in aperto fieri oporteret, quò alios ad amplectēdā eā religionē inducerent, si mala, ad cauēdā. Testis Lucianus
14 in uita illius. † Si aūt scire uelis qñ aliquid dicatur clā fieri, uide per gl. & Bar. in l. 2. C. de his. qui ex pub. rat. li. 10. gl. in c. ult. de cland. despon. Bar. in l. pupillus, §. ult. ff. de autho. tut. & in l. 1. C. de præd. decur. lib. 10. Bar. in l. nō intelligitur tacita. ff. de iur. fisc. Ang. in l. in tacitis. ff. de lega 1. Bal. in l. nec quicquā, §. ubi decretū. in 7. col. ff. de offi. procōs. latè Ale. & Ias. in l. clā possidere, ff. de acq. pos.
15 † Intellige extrò, nisi in eo, qui taliter dicitur deliquisse, insit cōtrarietas, puta, quia cōtraria in testimonio deposuit, quo casu nullo mō excusatur, ut no. dicit Bal. i l. scripturæ. ante fi. C. de fid. instr. allegās ad hoc dictū Io. and. quod dicit esse no. in c. cùm Ioānes. de fid. instr. dicētis, quòd nō pōt esse simplicitas, ubi ē cōtrarietas. & hoc bal. dictū sequitur Alex. in addi. ad Bar. in d. l. pe. C. de iur. & fac. ign. & barb. ī rep. c. Raynald⁹. co. 50. ver. 2. limita nisi. de testa. & cons. 3. clementissimi Dei patris, co. 14. uers. & sic uera sit cōclusio, li. 2. ubi hoc dictū Io. And. allegat, p sing. & cōs. 5. supremi optimi principis, col. 4. uersi. item ponderet, eo. lib. 2. & cōsi. 11. illud in mediū afferā quod glorios⁹ Paulus. co. 2. versi. & dicit bellissime, li. 4. & Felin d. c. quoniā. & Philip. Dec. in c. ex parte. huius initij. 2. col 5. uer. 9. fallit. de offi. deleg. & in c. sollicitudinē. co. 2. in 8. no. de appel. & in c. pastoralis. col. 6. in fi primæ con
16 clusio. de excep. & in l. ubi repugnātia. ff. de reg. iu. † Cōtrariū tñ in hac ipsa specie tenuit Ange. in §. licet. col. 2. uersi. ibi eos dereliqui, nota quòd quādo testis, & c. in authē. de testi. ubi dicit, ꝙ si rusticus testis sit sibi cōtrarius, non

nō tñ punitur de falso, nisi cōstet, quòd ex malitia falsū deposuerit dicitq;, ꝙ ad hoc debēt iudices multū aduertere. Et hāc parte sequi uidetur Ias. ī d. l. si quis id quod col. 8. uersi. itē si rusticus, iuncto uersi. septimo limita. hoc quidem relinquo arbitrio iudicis, qui prudēter cōsiderabit, cuiusmodi sit is rusticus, quæ, qualisve cōtrarietas in
17 uenitur, & c. † Intellige septimò, procedere, nisi is, qui dicitur rusticus, & per rusticitatē deliquisse, sit rusticus sagax, quia is nō excusatur, ut uoluit gl. no. in l. athletæ. §. de rusticis. ff. de excu. tu. quē sequitur Bal. ī d. l. 1. i utraq; lec. in fi. C. de inter. matr. ubi in 1. lec. dicit esse mēti tenēdū, & per eā dicit idē Bal. in l. 2. in 4. q. in fi. C. de rescī. vē dit. quòd ei demū rustico subuenitur, qui uere ē rusticus opere, & cōuersatione. Eā quoq; gl. sequitur idē bal. in l. si quis id quod. col. 2. in 1. lec. & ibi quoq; Raph. Fulg. & idē bal. ī c. ult. co. 5. uer. itē fallit ī rustico. de cōfes. & i sua Margarita, in uerbo, rustici. Pau. Ca. Alex. & Ias. ī l. 2. C. si quis in ius uoc. non ie. & Barba. in repe d. c. Raynaldus. col. 50. uersi. limita secūdò nisi. & cons. 76. illud in mediū afferā quod pulchre scripsit. col. ult. lib. 3. in quibus locis ipse Barb. illā facit sing. & Ias. ī d. l. si quis id quod. d. col. 8. uersi. limita prædictā regulā. & Cornel. cons. 165. circa
18 primū. col. 8. uersi. confert, quia sagax erat lib. 2. † Intelligе octauò, non procedere in his, quæ sunt introducta ad rigorē iuris cōseruandū, in illis enim rusticitati nō parcitur, ut uoluit glo. in summa. 38. dist. & in §. notādū. in gl. 1. in fi. 1. q. 4. afferentes pro exēplo l. si quis intantam. C. unde ui. Et idem uoluit gl. iuris ciuilis, in l. cū quis. Et ibi Bar. Bal. & Pau. de cast. oēs ad fi. C. de iur. & fact. ignor. & glo. in l. iuris. huius initii 2. eo. tit. quæ ponit exēplū in eo, qui triennio cessauit soluere canonē. Gul. Cu. in l. si quis ex argētariis. §. ult. cū lege seq. ff. de edē. Bal. Raph. Fulg. Pau. cast. Ro. Alex. Frā. Are. & recētiores in l. iuris ignorātia. C. qui admit. Ex quibus & aliqui ad hoc allegāt rex. in §. ulti. in authē. de hæred. & falc. idē Bal. in l. ulti. in prin. in 3. quæst. C. de iur. delibe. ubi per hoc dicit non excusari rusticum, qui nō fecit inuentariū, sed ftādū esse

esse rigori iuris. & Bar. & Saly. in l. 1. C. de iur. & fac. ign & idē Bar. in l. 1. §. nuntiatio. col. ult. ff. de ope. no. nunt. & con. 154. mantus fecit hæredem. Saly. in l. pe. C. qui ad mit. Ang. in l. ubi in prin. ff. de edē. Pet. Anc in repe. c. 1. ī q. prin. uersi. sed hic quæro, statuto cauetur. de constit. & Ro. cons. 125. mater & soror prædictæ. col. 2. versi. tertiò confirmatur. Alex. in addi. & Bal. in l. 1. C. de interd. mat. & cons. 40. hoc capite uiso themate, & oībus. lib. 6. & cō si. 165. dubitatur, col. 2. eo lib. 6. Fel. in d. c. quoniā, col. 3. in 4. fal. de simo. & Ias. in l. ult. co. 39. uer. 16. quæro. C. de
19 iur. emphyteu. † Intellige nonò, nō procedere etiam in his, quæ sunt introducta ad solennitatē, uel formā actus, quia uidelicet omiserit rusticus solennitatē, uel formam rei, uerbi gratia, in testamento non adhibuit septem testes, certe non patrocinatur ei error iuris, ut dicit Bald. loquens in rustico, minore, milite, muliere, in d. c. ult. co. 3. uersi. item non patrocinatur. de confes. quia ut subdit, vbi agitur de productiōe alicuius actus in esse, ut ipse loquitur, omissio, modi, & formæ, omnibus nocet, & ēt error tabellionis, aut aduocati, ut optimè not. l. ambiguā. C. de testa. & idem dicit ipse Bald. Saly. & alii recentiores i l. iuris ignorātia C. qui admit. per l. ul. C. de testam. iuncta glo. in l. ambiguitatē. in uerbo, ex mente. eo. tit. & idē bal. in l. ult. in prin. col. 3. C. de iure delib. & Alex d. consi. 166. lib. 6 & consi. 7. attentis & ponderatis. col. ult. lib. 7. cū aliis multis concord. traditis per ipsum Alex. in
20 d. l. iuris ignorantia. † Intellige decimò, ut rustico parcatur erranti in iure ciuili, cùm peritiores consulere non potuerit, at si potuerit, nec fecerit, non illi parcitur, per tex. in l. bonorum, ff. de bono. poss. & in l. 2. §. ult. ff. quis ordi. in bono. poss. serue. & not. Bald. & Saly. Roma. & alii recentiores in d. l. iuris. C. qui admit. Anton. in cap. 2.
21 de consti. Roma. in l. si duo. ff. de acquir. hæred. † Cuius rei ratio est, ut scribit Bald. in d. cap. ult. quo loco nuper citauimus, de confess. quia homines natura scire desiderant, ideoq; contra naturam est, non consulere peritiores, quorum doctrina, imperitorum & rusticorum mens illu-

illuminatur, per tex. no. & elegantem in l. si auiam. C. de inge. manu. in fin. cùm dicitur, si cum peritioribus tractatum habuisses, facile cognosceres. Ergo non est rustico parcendum, qui in hoc contra naturam peccauit, ex his
22 quæ deduximus in 1. limitatione. † Et hoc quoque intelige, vt si etiam non essent periti in loco habitationis rustici, tamen non excusatur, si sint in ciuitate quadam uicina, ut uoluerunt Bal. Saly. Roma. & recentiores in d. l. iuris ignorantia. per tex. in l. diuus. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. & in l. 1. §. si quādo. ff. de magist. ra. cōue. ideo, inquiūt, quemadmodum mulieres eunt ad ciuitatem pro indulgentijs, & rustici ad nemus pro lignis, ita debent ire
23 ad ciuitates pro consilijs. † Intellige undecimò, ut rusticis succurratur in casibus à iure expressis tantùm, ut uoluit glo. in cap. vlti. 1. quæst. 4. Anto. in cap. 2. col. 4. de cō stit. Alex. qui alios citat, in l. si quis id quod col. 3. ver. itē not. quòd rusticitas. ff. de iurisd. omn. iud. Philipp. Deci. consi. 274. incip. uiso puncto, col. 2. uersic. sed supradictis. qui ad hoc dicit facere text. in d. l. vlti. C. de iur. & facti ignor. Et illa quidē gl. idē expresse statuit in mulieribus.
24 † Possem & alia pleraq; huc adducere à nostris doctoribus longe lateq; tractata, uidelicet, an, & quādo, & in quibus alijs casibus iuris ignorantia, siue simplicitas, uel rusticitas, aut excuset, aut non excuset. Quæ quoniam iā sunt trita, & omnibus obuia, consultò prætermittenda duximus. Omnia enim perscribere ad rem pertinentia, nec uoluimus, nec possumus.

CAVSA DVODECIMA.

SVMMAR.

1 *Pœna minuenda his, qui quadam ingenij subtilitate aberrantes peccarunt.*

2 *Subtilitas nimia an æque improbetur, atque nimia grossities. & numero 3.*

1 Duo-

1 DVODECIMO, qui è diuerso quadam ingenij subtilitate aberrantes delinquunt, mitiùs etiam sunt puniendi. Si enim qui simplicitate peccauerunt, leuiùs sunt plectendi, vt dictum est in præcedenti causa, multò magis his est mitior statuenda pœna, cùm & minùs peccent, quàm superiores. Hos enim compellit falsa subtilitas, in quam non cadunt uoluntarii, sed ueluti inuiti, illos decipit ignorantia uoluntaria. Ita dicit glo. not. in cap. schisma. in uerbo, magis est. 24. quæstio. 1. quam ad hoc com
2 mendat Felyn. in cap. 1. de hæret. † Et simile quidpiam uoluit Bald. in cap. dilecti. post princ. de iudi. cùm dicit, quòd magis reprobatur nimia grossities, quã nimia subtilitas. Quem ita refert & sequitur Ias. in l. cùm stipulati sumus. §. sequitur. in 3. not. ff. de uerbo. obliga. & Anto. Bauer. in repe. l. cum filio. colum. 2. ff. de legat. 1.
3 † Sed caue, quia Bald. ubi suprà, si solerter eius uerba introspiciantur, uidetur sentire contrarium. Primùm enim no. ex eo tex. quòd nimia subtilitas reprobatur, subdit autem confestim, nisi sit mendum in codicibus, quibus circumferuntur huiusmodi verba, Adeò quòd magis reprobatur nimia grossities, l. ult. C. de hæred. instit. in quibus uerbis puto deesse dictionẽ, quàm, ut scribi debeat, adeò quòd magis reprobatur, quàm nimia grossities, alioquin non quadrarent huic, quod primùm dixerat, neque uerbis sequentibus, quæ sunt huiusmodi, Nam nimia subtilitas tendit ad perniciem, l. sed hæc nimium. ff. de excu. tut. & nimia grossities est quædam ineptia, quæ à iure reprobatur. Hæc ibi.

CAVSA DECIMATERTIA.

SVMMAE.

1 *Delictum eorum, qui casu, aut impudentia, siue etiam facti ignorãtia, non de industria, aut dolosè quicquam admiserunt, aut nõ punitur, aut certè leuiùs. et nu. 2.*

3 *Fato plerunq; non noxæ attribuuntur, quæ nõ cõsultò, sed ex improuiso casu accidunt.*

4 Nu-

4 *Numæ Pompilij decretum super morte liberi hominis. Et de iusiurãdo solemnissimo Romanis.*

5 *Solon monet Areopagitas, ut perpendant, an scelus, mors, uulnus, uel incendium prouidentia commissum sit.*

6 *Moyses statuit, ut imprudenter factum, clementiùs puniretur.*

7 *Delicta non uoluntarys, sed fortuitò et casu contingentibus refugiũ fuisse aras apud Græcos.*

8 *Athenienses seueri religionis cultores, iuuenes duos per imprudentiã templum Cereris ingressos, interfecerunt.*

9 *Aspidis spectrum uindicem ad insanam adegit.*

10 *Statutum aut alia constitutio puniens capitaliter homicidium, aut aliud delictum, quomodo sit accipiendum.*

12 *Imprudentia non modicam uim obtinet in partibus purgationis.*

13 *De Homicidio non dolosè commisso an quis puniatur in foro conscientiæ, uariæ hinc inde opiniones.*

14 *Accusans aliquem de crimine quod ignorãtia excusari potest. exprimere debet nominatim reum id scienter commisisse. Et quomodo id accipiendum nu. 15. et 16.*

17 *Qualitatem allegare sufficit, ex qua infertur illud, quod ius præsumit sine illius allegatione.*

18 *Indifferentia semper in meliorem partem sunt accipienda.*

19 *Maleficus quando scientia sit alleganda.*

20 *Præsumptio, quòd quis ex certa scientia et dolo aliquid fecerit, an releuet, si non allegetur. et nu. 21.*

22 *Ignorantia iusta et probabilis excusat in delictis.*

23 *Scientia an comprehendat ignorantiam affectatam.*

24 *Ignorantia affectata æquiparatur scientiæ fictæ, non uerè.*

25 *Lex puniens occupantem rem alterius, non comprehendit occupantem rem hæreditariam, quæ fictè et non uerè est alterius.*

26 *Constitutio, quæ aliàs strictè est interpretanda, loquens in casu nero tum demum comprehendit casum fictum, quando casus uerus et casus fictus æquiparantur à lege antiqua.*

27 *Ignorantia affectata, minor est, quàm scientia.*

28 *Verba quæ large et strictè accepi possunt, in materia restringibili strictè sunt accipienda.*

29 *Ignorantia crassa in delictis, punienda quidem, sed non æque seuerè atque acerbe, et nu. 30.*

Decimo

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 DECIMOTERTIO, qui casu, aut imprudentia, siue etiam facti ignorantia, non industria, aut dolose quicquam admiserunt, aut non puniuntur, aut leuiùs puniri debent. l. 1. §. diuus. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & l. absentem. §. vlt. & l. Metrodorum. & l. respiciendum. §. delinquũt, & ibi glo. not. ff. de pœn. quo in postremo loco est casus de eo, qui dum uenare:ur, telo in feram misso, hominem interemit. Quæ ipsa species aliquando contigit in Adrasto Phryge, Gordij filio, qui uibrato in aprum iaculo, non illum, sed fruſtrato ictu Atym, filium Crœsi, Lydorum regẽ adeptus interemit, cui ipse Crœsus rex, quòd imprudens fecisset, pepercit, at nihilominus Adrastus, sese super bustum ipsius Atydis confodit, author Herodotus lib. 1. † Sed & præcedẽtibus adde rex. in l. 3. §. sed etenim. & l. qui ædes. & l. si fortuito. ff. de incend. rui. naufra. & l. vlt. ff. de decre. ab ordi. fac. & ibi concord. in gl. & l. ferè. & ibi glo. ff. de regul. iur. & c. lator. & c. dilectus. & c. ex literis, & duobus ca. seq. de homi. & c. 2. & ibi glo. de cog. spi. & c. si homicidiũ. 23. q. 5. † Et ad excusationẽ huiusmodi ignorantiæ multa congessit Roma. in repe. l. si uerò. §. de uiro. in 51. fal. ff. fol. matri. & consi. 473. circa propositam etiam consultationem, Felyn. & Philipp. Deci. in c. à nobis, in princ. de excep. & idẽ Deci. in cap. 2. in glo. vltim. in 1. conclusione. de consti. & consi. 64. fer mè per totum. & omnium uberrimè Hipp. de Marsi. in l. qui falsam. col. 10 versicu. & circa hanc materiam, cum duabus col. seq. ff. de falsi. quibus adde text. elegantem in l. 1. C. de sicar. quòd quæ ex improuiso casu accidunt, fa
4 to plerunq;, non noxæ imputantur. † His suffragatur lex Numæ Pompilij illius antiqui Romanorum regis, his verbis, authore Festo Pompeio lib. 14. concepta, Si quis hominem liberum morti sciens duit, parricida, esto. sciés enim, scienter dixit, ne uel imprudentem includere uideretur. Illud quoque solemnissimum iusiurandum, quo uetereres Romani conceptis etiam verbis magnis rebus, præsertim uerò in sanciendis fœderibus, utebantur, Si sciẽs fallo, me Iuppiter, salua vrbe, arceq;, bonis eijciat, unde

unde ego lapidem hunc eijcio. Apud Festũ Pompeiũ lib. 10. statim post prin. & nõnihil meminit Cic. epist. famil. lib. 7. & latiùs Polyb. lib. 3. ut non prætermittã quod ad Romanorũ quoq; leges moresq; pertinet, lib. 3. Decad. lib 10. scripsisse, latũ ad populum Romanũ esse, ne Cn. Seruilio fraudi esset, quòd patre, qui sella curuli sedisset, uiuo, cum id ignoraret, Trib. pleb. atq; Aedilis fuisset, cõ
5 trà quam sancitũ legibus erat. † Quin & Solon Atheniẽsium legislator, suis legibus monet iudices Areopagitas interstinguere perpendereq; num cædes, vulnus, incendium prouidẽtia cõmissum sit, ideſt consultò, ut interpretatur Galenus in cõmentariis præsagiorum Hippocratis lib. 1. cap. 6. quo loco adscribit verba eius legis. Loca erãt in Attica iudiciis constituta. si quis consultò & præmeditate mortẽ alicui ituliſſet, in Martio pago, sin præter uoluntatem & cogitatã rationẽ, in Palladio, sin uerò cædẽ factam esse cõfiteretur, iure an iniuria patratũ esset, idq; in dubiũ uocaretur, in Delphio rõnes iudicabatur. Cuius rei testis est Aelianus uariæ historiæ lib. 5. cap. 15. Atqui des quoque eos, qui sponte Lyceum ingrediebantur lapidibus obruebant. Qui uerò per ignorantiam intrauerant, ad Eleutheros mittebant, ut refert Plutarch. qui
6 id declarat problematon cap. 152. † Hoc quoque legibus Mosaicis obseruatum est, ut imprudenter factum clementiùs puniretur. Nam licet qui hominem sponte, & scienter interemerat, morte multaretur, qui tamen imprudenter, & non uoluntarius idipsum commiserat, exilio tantùm, coq; non perpetuo puniebatur, eratq; locus constitutus, qui ei pro refugio erat, ut scribitur Exodi uigesimoprimo capite, Nume. 35. Deuteronom. decimo nono, atque Iosue vigesimo capite, & meminit Diuus
7 Ambrosius in ca. illa, 15. quæstiõe prima. † Et apud Græcos eadẽ fermè lex erat, uel authore Thucidide, qui lib. 4. belli Peloponensis introducit quospiam Athenienses ita loquentes, Etenim delictis non uoluntariis refugium esse aras. In quam sententiam moribundum quidam apud Xenophontem lib. Pediæ Cyri. 3. Tygranem alloquens,

quens, Noli Tygranes, inquit, quicquam succensere patri de morte mea, non enim ulla maleuolentia hoc fecit, sed imprudentia. Quæcũq; uerò per imprudentiã ab hominibus delinquuntur, hæc omnia arbitror esse inuita. Claudius autem Saturninus Iurisconsultus elegantissimus in l. aut facta. §. euentus. ff. de pœ. scribit apud ipsos Græcos fortuitos casus exilio uoluntario lueri solitos, adfertq; testimoniũ Homeri poetarum, inquit, præcipui,

Εἴ τέ μ' ὑπὸ ἠῶτα μενοίτιος ἐξ ὀπόεντος,
Ἤγαγον ὑμέτερον δ' ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς,
Ἥματι τῷ ὅτε παῖδα κατέκτανον ἀμφιδάμοντος
Νήπιος ἐκ θέθεον, ἀμφ' ἰσραγάλοισι χολωθείς.

Qui quidem elegãtissimi & uenustissimi uersus, ad pœnarum aut remissionẽ, aut imminutionẽ accõmodatissimi sunt inscripti in Pandectis Florentinis, suntq; deprõpti & petiti ex lib. 23. Iliad. quãquam sunt, qui in eo loco Iurisconsulti alios uersus eiusdẽ Homeri substituissent. Nec apud Græcos tantùm, sed & apud Memphitas, qui casu & imprudẽter aliũ occidisset, ex lege exulabat,
8 ut tradit Philostratus in uita Apollonij, lib. 6. † Nec interim prætermittendũ est, quod à Tito Liuio scriptum est, 4. Decad. lib. 1. Contraxerũt, inquit, cum Philippo bellũ Atheniẽses, haudquaquã digna causa, Arcananes duo iuuenes per initiorũ dies non initiati templũ Cereris ĩprudentia religionis cũ cætera turba ingressi sunt, facilẽ eos sermo prodidit, absurdẽ quædã pronuntiantes, adductiq; ad antistitẽ tẽpli, cùm palãm esset per errorẽ ingressos, tanquã ob infandũ scelus interfecti sunt. Quod tã fœdẽ ac hostiliter factũ gens Arcananum ad Philippũ detulit. Ex quibus uerbis facilè intelligas Liuiũ factũ ipsum non
9 probare. † Et huc quoque spectat alia historia, aut potiùs fabula ab Aeliano relata lib. De natur. anim. 11. c. 32. Vinitor, inquit, dũ scrobẽ fodit, pulchrã & generosam uitẽ plantaturus, ligonis ictu Aspidẽ sacram & nimẽ infestam hominibus, quæ fortè illic latebat, imprudens mediã dissecuit. Deinceps cùm terrã dimoueret, posteriorem eius partẽ, quæ candens continet, in arena latentẽ, comperit,

anteriorem

anteriorẽ uerò, quæ à uentre ad ceruicem tẽdit, adhuc reptãtẽ, & cruẽtã. Quãobrẽ obstupefactus, et mẽtis mops, totus ad insaniã, eamq; uehementẽ, redactus est. Et cũ interdiu, nec apud se, nec rõnis cõpos eẽt, tũ noctu ẽt delirãs à lecto exiliebat, & Aspidẽ se psequi dictitabat, & uelu ti morsu læsus, terribili clamore uociferabatur, & auxiliũ iplorabat, & interẽptæ ab ipso Aspidis simulacrũ, se uidere dicebat, idq; frẽdẽs & minãs, & aliqñ morsu se ipe titũ eiulatu quidẽ se dolere arguebat. Cũ ãt idẽ aliqñ durassetmorbus, cognati eius supplicẽ ipsum in ædẽ Serapidis ducũt, Deũq; ut spectrũ illud Aspidis amoliri, & cohibere dignetur, orant. Misertus aũt ille uitũ curauit. At nimium certè durus ac seuerus in se fuit Charõda ille Tyriorũ, aut (ut alii scribũt) Turiorũ rex & legislator, qui cũ cauisset, ne quis cũ ferro, in concionẽ prodiret, capitisq; pœnã indixisset, si quis id fecisset. interiectoq; deinde tẽpore, ex lõginquo rure, gladio accinctus, domũ repetẽs, subito indicta concione ltãs erat, in eã prodiit, ab eoque qui proximè cõstiterat, solutæ a se legis monitus, Et idẽ, inquit, illã sanciã, ac protinus ferro, quod habebat, distrãcto, incubuit. ut à Valerio Max. proditũ est li. 6. c. 5. in fi. Et meminerũt è nostris Iaco. Aluarot. in 5. ad palatiũ, tit. de pace Cõstan. & Matth. Afflic. in consti. intẽtionũ, col. 4. uers. in 6. quæst. Et omnũ prior Diodorus Siculus lib.
12. Biblioth. ubi tradit quosdã scriptores id tribuere Dio
10 cli Syracusanorũ legislatori. † Quid, quòd est legalis sententia, quòd statutũ, aut alia constitutio puniens capitaliter homicidiũ, aut aliquid delictũ, ĩtelligitur, si dolo fuerit cõmissum, non casu, etiã si culpa interuenerit? textus est in l. cũ aũt. §. excipitur, ff. de ædil. edic. ubi dicitur, Capitalẽ fraudem admisisse accipiemus dolo malo, & per nequitiã, cæterũ si quis errore, si quis casu fecerit, cessabit edictũ. Et ita uoluit Io. An. in c. pro possessore, col. 2. de reg. iur. li. 6. in mere. & Guid. Suza. ĩ qõniõ. stat. co. 2. Cy. Bald. Ang. Pau. Cast. ad fi. & Iason col. pen. ff. de legi. interet quos Iaſ. dicit illum tex. in d. §. excipitur esse ad hoc meliorem de iure. & hoc ẽt dicit ipse Iason in l. non du-

34 †Huc quoq; spectat, quod ex multorũ sniã, sicut conductus pro coniuncto admittitur ad agendum sine mandato,cum cautione rati,ut sunt iura uulgata,ita etiam amicus pro amico. Ita uoluit Specu.cuius uel unius authoritas apud oẽs quàm multorũ pluris semper ualuit,titu. de aduo.§.obiicitur,uersi.est,&quartus ordo.Io.And.Ant. Pan.qui tamẽ nutat in c.ult.de postul.Gul.Cun.Cy.ĩ ad di.Bal.Raph.Fulg.& Pau.Cast.in l.sed, & hæ.de procu. & Fely.ĩ c.cũ feria.col.7.uer.nota semper,de consti.Fe. Cy.& Io.Faa.in l.inuitus.& in l.exigendi, & ibi ẽt Salic. Ias.C.de proc.& in l.mãdatũ.C.manda.Bar.n l.non dubium.§.qui alieno.uersi.ita intelligunt,ff.de procu.Bal. in l.maritus,post prin.C. eo.Fulgo.in l. tutori.C.de negot.gest.ubi dicit illũ tex.qui uidetur innuere cõtrarium, intelligi de amico leui amicitia cõiũcto,Pet.Anc.ĩ cle.1.de proc.Pan cõsi.7.tria.circa primũ dub.co.3.uersi.si enim quisquis agẽs,li.2.Alex.in d l.cũ alienã,col.2.C. de lega. Barb.in d.l.cũ acutissimi,col.11.& cõsi.60.illud in medio, affera,col.8.uersi.præterea facit,lib.3.& Soci.(si is est) tractatu

tractatu fallẽtiarũ,regula 219.quæ incipit, lex generaliter loquens,uersi.fallit rõne amicitiæ,& cons.263.capio primum,col.6.uersi.sed ad ista respondeo, dum allegat not.in d.§.qui alieno,& in d.l.exigendi,& Philip. Corn. cõsi.71.primus cõsultationis articulus,col.pe.uers. hinc uidemus,lib.1.& Ias.in d.l. Titia, in prin.col.5.uersi.ulti.

35 circa istam.ff.de uerbo.obligatio. Alcia.in l.latæ.§.amicos ff.de uerbo.signi. †Et ad hoc optimé facit huiusmodi ratio,Non põt uiri alia ratione statutum, ut coniunctus pro coniuncto possit agere sine mandato, quàm propter affectionem,ex qua tacita uolũtas absentis coniuncti argnitur, quia contra ipsius uoluntatem non admitteretur coniunctus, ut est tex.expressus in l.Pomponius §. ulti. ff.de proc. & ita expresse hanc solam huiusce rei rationem esse dicit Pan.in c.nõnulli §.sunt,& alii,col.5.uersi. & ulteriũs ẽt suaderi posset,de consti. ubi,&eadẽ rõne tenet contra cõem opi.admitti concanonicum pro concanonico,cùm ratio admittendi coniunctum militet in cõcananico. Qua ẽt rõne possumus intrepidè asserere amicum pro amico admittendũ, cùm maior sit affectio inter amicos quàm cõiunctos,potiusq; illis nostra negotia cõmittimus,quàm istis,ut satis dictum est,& postea itẽ di-

36 cemus.† Sunt tamen plerique non cõtemnendæ authoritatis uiri,qui multis magnisq; rõnibus, & argumentis contrarium tenuerũt, quos si quis scire uelit,legat Pan. in d.c.ulti,col.3.uersi.aduerte,de postul. qui licet teneat hanc partẽ, dicit tamẽ quòd forte cõtrarium teneretur, legat inquam Alex.in repe.l.sæpe,col.33.uersi.secundò põt saluari dictũ Inno.ff.de re iud. & in sua addi.ad Bar. in d.§.quia alieno. Sed omnibus corũ argumentis,& rõnibus respõdet Iason in d.lexigẽdi,ut ibi uidere poteris.

37 Verùm,primam sniam non minimũ comprobat glos.no. in cap.quàm sit,in uerbo,petere,uersi.sed pone,de elec. lib.6.quæ hic sumpta occasione, quòd tex.ibi statuit, ut electus infra tres menses post cõsensum electioni præsti tum cõfirmationem petat, alioquin electio eo ipso uires amittat,Quæritur,an sit satis,ut electi amicus eius nomine

hanc confirmationem petat sine mandato? & cõcludit satis esse, modo electus ratũ habeat infra illos tres menses,
38 & illã gl. sequitur Dom. ibi. † Nec hinc quidẽ lõgè abest, quod dicit Pan. in c. dura, col. 2. uer. idẽ in literis. de crimi. fal. quòd amicus pro amico põt sine mãdato impetrare literas ad beneficia, ut dicit not. per gl. in c. ad aures, et cap. nonnulli, de rescrip. id quod ẽt dicit Barb. nulla Panor. facta mentione in d. c. Raynaldus. quo loco supra citauimus, & d. consil. 3. col. 11. uersi. nec obstat si quis adduceret, li. 2. & cõsi. 54 à Ioue principium, col. 5. uersi. ergo nullo modo, lib. 4. & ubiq; ad hoc allegat dd. gl. quas in primis locis dicit sing. nec alibi in censura canonica reperiri. Veruntamẽ ille gl. nihil de amico loquuntur, imo dicunt unũquemq; sine delectu posse pro alio sine mandato rescriptum ad beneficia obtinenda. non ẽt ad literas impetrare. & quod de amico dictũ est, longè latéq; examinat ipse Barba. in d. rub. de rescrip. in ele. col. 8. & seq.
39 † His quoque accommodari potest, quod uoluit Host. & post eum Io. And. & Anto. in d. ca. uit. de postul. quòd quẽadmodum sacerdos, alioquin prohibitus postulare, potest tamen pro coniunctis personis, si necessitas imminear, ut est ibi tex. ita ẽt potest pro amico intimo fra-
40 terna charitate dilecto. † Cui accedit quod tradit Innoc. in cap. cum i. & a. de re iud. quòd religiosus potest esse procurator pro amico monasterii, etiam laico, sicuti, & pro monasterio, etiam sine consensu abbatis. sequitur Anton. in cle. & si principalis, & ibi Barba colum. 1. uersi. an autem possit esse arbiter, de rescrip. ubi per hoc dicit quòd religiosus potest esse arbiter inter amicos monasterii, sicuti ubi uertatur utilitas ipsius monasterii, & idem Anto. in c. 1. col. vlt. de synd. & in ca. peruenit, in not. qui fil. sunt legit. Ro. sing. 276. monachus nõ potest, ubi hoc dicit sing. cum aliis concord. adductis per Felyn d. cap. cùm 1. & a. col. antepe. uersic. casus in quibus
41 † Adiuuat quoq; hãc opi. hmõi ratio. Nam quis sine mã dato, potest agere ad implementum eorum, quæ ad pias causas disponũtur, ut est tex. in §. sin aũt qui hoc facere

in authen. de eccl. tit. Spec. ti. de instru. edi. §. nũc uerò aliqua uer. sed nonne quilibet de populo. & post illũ Rom. qui illum tex. dicit sing. cõsi. 69. uiso. quæstionibus in the mate, col. 1. uersi. secũdò principaliter, & expressiùs cõsi. 428. in terminis propositæ cõsultationis. col. 3. uer. 3. ad idem. & alibi fortè latiùs dicemus. Ac iã supra demõstratum satis est, amicitiam, & piam causam æquo iure incedere. Igitur, & hoc quoq; in amicitia, ut in pia causa obti-
42 nere debet. † Confirmantur supradicta, quod quemadmodũ quis potest uim consanguineo illatã impunè propulsare, ut uoluit no. Bal. in l. raptores. per illum text. in 2. no. C. de epi. & cleri. cũ concord. alibi per me traditis. ita, & uim amico magna, & (ut nostri dicunt) stricta amicitia coniuncto illatam licet repellere. Ita no. dicit Bal. in l. ut uim. col. 3. uer. 5. quæritur an liceat. ff. de iusti. & iur. quoniam tales amici (ut ait) æquiparantur cõsanguineis. allegat. d. l. cùm alienã. C. de leg. Et uerì (ut subdit) amici, sunt uera aĩa ĩ pluribus corporibus, ut dicit Aristoteles, quẽ is citat, li. Ethic. 9. c. 8. id quod ipsẽ ferè uerbis refert, & sequitur Barb. in. d. l. cum acutissimi, co. 11. ver. & si uerbis daretur audacia. Sed, & illud Aristotelicũ citat idẽ Bal. in l. imperialẽ. in prin. tit. de prohi. alie. feu. Et illud quoq; dictũ in d. l. ut uim, sequitur Corne. consi. 107. uisa inquisitione, col. 3. uer. quinimo etiã, lib. 1. Idem aũt Bal. alibi, uidelicet in c. cùm inter R. seniorẽ, uer. dicit sta tutũ, de elect. quod amico licet amici sanguinẽ redimere.
43 † Quinetiã plus dicit Bar. (aut quisquis is fuit) ĩ l. deuotũ, in fi. p illũ tex. C. de meta. & epidime. li. 12. ꝙ amicus põt resistere cuicũq; ĩferẽti uim amico, ẽt ĩ rebus. quod dicit esse notãdũ. quod & ibi tenet Io. Plat. per illũ ipsũ tex. & sequitur Corn. d. cõsi. 107. co. 3. ver. quin insuper, & cõsi. 204. ꝙ decisiõe, co. 2. ver. & pro defensiõe, li. 1. uide nar. in d. l. ut uim. & ibi oĩno Claudiũ de ses. & Bal. ĩ repe. l. 1. C. unde vi. Idẽ quoq; Bar. in l. prohibitũ C. de iur. fisc. li. 10. dicit quòd amicꝰ ẽt ĩuocatus põt (sicuti, & cõsanguineus) iuuare amicum resistẽdo ẽt de facto officiali iniustè exequenti, refert, & sequitur Bal. consi. 143. super q. uertente

Universidad de Deusto
Biblioteca

col.2.lib.item 2. ubi per hoc pulchrè dicit, quod amicus amico potest suffragium defensionis impartiri ēt sine re-
44 quisitione.† Et quibus iuncta gl.in d.l.ut uim quæ uolunt in mediēda alterius licita defensione affectionē cōsidera ri,manifestè colligitur tantum operari, amicitiam in cōsi deranda affectione, quantum coniunctionem sanguinis. Ideoq; Bart.in l.culpa caret.ff.de reg.iur.dicit quòd illa glo.nō tātū intelligitur de affectione sanguinis. Quodq; ex ipsius Bart.in eo loco sententia scribit sal.in c.sicut, huius initij 2.col.ult.uer.dicit bart.de iureiur.quò i licitum est consanguineis & amicis etiā non requisitis obsequium motu proprio iuuare. Et idem fermè dicit ipse sald. in c.1.col.ul.uers quæro utrum quis,quod met.cau.Sed si uera dispicimus, longè ualentior est amicitiæ affectio, quàm consanguinitatis, si iustino credimus ita scribenti
45 lib.5.Alij fratres,aut filios,aut parētes defiēt cognatos, alij amicos chariores cognatis,& supra quos; satis dixi mus.† Et Bal.qui cōsi.39.factū super quo cōsiliū petitur, lib.2.dicit fratrē pro fratre admitti testē i causa ciuili,nisi ratione intensæ amiciriæ repellatur.Bal.ergo ad testis repulsionē pluris æstimauit intēsam,ut cū eo loquar,amicitiā, quàm fraternitatē,qua nulla propè charior est,ut dixi mus,cōiunctio. Et idē fermè uoluit Bal.in l. parentes. C. de test.ubi & ad hoc allegat d.l.cùm allegas.C.de cast.pecu.li.12.& idē sal.in l.1.C.de epis. & cler. ubi & in eā rē allegat d.l.cum allegas,& in tractat. de duobus fratribus
46 & barb.in c.repellantur, de accusa.† Sed quoniam hoc prouecti sumus,nonne magna amicitia semper repellit à testimonio,ut uoluit glo.in summa. 3.q.5.& Specul. tit. de testib.§.1.in princip.& sal.in c.1.de testi.uer. quæro nūquid.& Roma.cōsi.405.q.proposita.& Alex.cōsi.73. cā & lite uertēte inter bartolomeū,col.2.vers.nec obstat ēt si dicatur,li.1.Fely.in c.quotiens,col.2.de testib.& ibi cit tex.in l.3.ad prin.ff.de testib.& in §.testiū.4.q.3.cum si. Nulla tamē consanguinitas præter eā, quæ est inter patrēs & liberos,oīno repellit in causis ciuilibus,nisi propter aliud quidpiā aduētitiū,ut plenè not.per legū interpretes

Pretes in d.l.parentes,& per canonū interpretes in c.ac-
47 cedens,huius initij 1.ut lit.nō cōtest.† Nec uidetur à proposito alienū,quod uōluit Ab. antiquus in c.petitio.de iureiurā.quòd si quispiā iurauit aliū defendere cōtra oēm hominē,nō uidetur iurasse,nec teneturillū defendere ad uersus suos ipsius amicos,sicut nec cōtra consanguineos. quod & Pan.ibi.col.vlt ver.non tamē placet, admittit in magna amicitia cōiunctis, ad quos ipse iurās uidetur, eā dē,quā ad seipsum habere affectionem allegat no. in d.l. sed & hæ ff.de procur.& alia iura. & sequitur barb. in d. l.cū acutissimi,col.91.ver.& faciat quod uoluit.C. de fideicō. ubi & ex hoc no.quòd æquiparantur sanguinis cō iunctio,& magna amicitia.Et idem uoluit nulla prædicto
48 rum doc.facta mentione Io. Montefer.in repe.l. frater à fratre.col.6.ff.de condi.indeb.† Confine est & quod uoluit Cy.in l.ult.col.pe.in 8.q. C. de sponsal. quòd sicut mulier non potest pœnam promittere si non nupserit, quia matrimonia debent esse libera,ut ibi no.& in l.Titia. ff.de uerb.obli.sic nec illi quibuscum est mulieri consanguinitas,aut magna amicitia,propter quos, ne uidelicet ipsi soluēdo pœnā,incōmodū paterētur,nuberet mulier, quod & idē uoluit bar.i d.l.Titia,post prin.& ibi quoq; Ang.in prin.Frā.Are.col.6.ver.in ea gl.ibi,& Io.And.in
49 c.gēma,ad fi.ver.alii loquūtur,de spōsa.& ibi etiā expresse Collec.& Pan.col.3.ver.uenio ad secūdū.† Cui & simile est quod dicit bar.i l.si plagij.ver.quæro si ualeat.ff.de ver.ob.quòd tū demū ualet hmōi stipulatio, Promitto cē tū,si Titius plagiū fecerit,cū Titius ille sit meus cōsangui
50 neus,aut amicus,ut quiverebitur facere plagiū,ne incidā in pœnā.† Adde quòd sicut consanguineorum præsentia excludit præsūptionē fraudis & metūs.l.Polla, & ibi sal. C.de his quib.ut indi.& idē sal.i l.unica.col.12. ver.sed pone minor.C.de confess.& in c.sicut.col.2.de probat.& cōsi.199.refutatio nō ualuit.li.5.& in c.1.circa mediū, de trāsac.q hoc dicit sing.no.i d.l.Polla. Ita & amicorū quo que l.transactionē,& ibi doctor.C.de trāsact.& bar.in l. 1.C.de præd.cur.lib.10.& sal.in §.itē sacramenta,col.4.

51 uer si.item potest introducere.tit.de pac.iur.fir. †Propterea licet tutor. non possit bonorũ possess. pupillo delatã repudiare.l.tutor.ff.de bon.poss.pôt tamen amicis pupilli interuenientibus,quasi tunc cesset omnis fraudis suspitio, ut uoluit gloss. in d.l.tutor. quam sequitur Bal. in l. pupillorum,post princ.C.de repu hære.& ibi Ias.qui eã facit sing.& idẽ Bal.ĩ rub.C.qui admit.co.2.uer.& ideo de facto dicebam, ubi eã quoque facit sing.ad hoc quod non sufficit amicos esse præsentes,nisi sciãt quid agatur,

52 & intelligant negotiũ.† Et dicit pulchrè Bar.in l.frater à fratre,in ulti.char.uersi.tertiò quæro,ff.de condict.indebi.quòd licet pater sa.non possit emere filio bona,quorũ est legitimus administrator,ĉùm de his non possit filius disponere sine patris authoritate, nec possit pater se authore emere per text.in l.1.ff.de aut.tut. Nec fortè(ut ait)cõtraheretur obligatio etiã naturalis, sicuti dicimus de pupillo contrahente cum tutore,l. pupillus,eo.tit.fallit tamen quando id fieret præsentibus amicis, tanquã esset omnis suspicio,uideaturq; factum palã,& bona fide,per d.l. transactionem.ideo ualeret.l.cum ipse. C.de contrah. empti.quod dictum dicit singu. & memoria dignum Ias.in d.l.frater à fratre.col.22.uersi. signa. tamen unum,in prin.& in l.singularia col.6. versi. pulchrũ,ff.& cert.pet.& in l.pacta nouissima.in 3.not.C.de pac.& in c.1.col.3.uer.confirmo etiã per id tit.qui feud.dar. post.

53 †Sed,& è contrario, quemadmodum inter consanguineos inuicem contrahentes plerunque fraus præsumitur, & simulatio ,l.data, & ibi docto.C.de dona. Bart. & alii in l.post contractum,ff.de donatio. tum simili ita, & inter amicos quoque,ut singu. uoluit Barba.d.consil. 22.col.3.lib.4. & Panor Pic.in repet.d.l.post contractũ.

54 col.12.uersi.ultimò dominus Bart.concludit. † Quod quòd idem Barba.in repe.d.l.cùm acutissimi,col.11.(in qua superius illum sæpe citauimus)dicit quòd lex illa loquens in filio, aut alio descendente hærede instituto, & rogato hæreditatẽ restituere, habet locum in amico grãdi amicitia iũcto. Ad quod citat pleraq; ex his quæ superà dixi-

diximus,dicitq; hoc sibi uideri uerissimũ,& nouum dolẽdum tamen,cp à nemine graui,& eccellenti doct.hoc fuerit auditũ.Quod iterũ scribit,& affirmat col.11.uer.& si uerbis daretur cũ seq.& refert Ias.in.l.exigendi,colũ.5. uer.adde etiam illud.C.de procu.ubi tñ nõ firmat, quin subobscure reprobat idem Ias.in.d.l.titia,in prin. col.5. nu.14.ver. ultimò circa.ff.de uer. obl.& apertius Soci. in repe.l.cum auus,col.3.ff.de condi.& demon.ubi respondet omnibus rõnibus Barb.† Nec silentio prætermittendum id quod dicit Archi.in.c.statuimus, de elec.lib.6.& in.c non solent.2.q.6.quòd licet non audiantur appellantes,nisi quorũ interest,uel quibus est mandatum.l.1. ff.de appel.recip.amicus tamen pro amico pôt appellare.sequitur Luc.Pen.in.l.1.col.2.uer.item scias quòd.C. de castren.pecul.mil.lib.12.Alex.in addi.Barto.in.d.l.2.

56 Et oprime facit glo.ibi,cùm exponit illa uerba quorum interest,ita dicẽdo,uel peculiariter,uel affectione.† His succinere uidetur quod post Pet.uoluit Cy.in.l.inuitus. C.de procu.col.5.uer.ex his pendet,quòd sicut coniunctus procurator constitutus uidetur tacite non contradicendo acceptare mãdatum,licet sit secus in extraneo, per tex.in.l.si filius.§.inuitus.ff.eod. Ita quoque ,si magnus amicus constituatur procurator,ut,s.uideatur(nisi expresse contradicat)mandatum acceptare, & sequitur ibi Bar.in 2.lect.Bal.qui dicit notandum, col.2.uersi.primò quæro,Saly.& Pau.cast.inferuntq; Cy.& Bal.quòd si quis apud amicum eo præsente aliquid relinquat, uidetur ipse amicus huius rei custodiam suscepisse, licet secus in alio uideatur,per tex.in.l.1.§.adeò.ff.de pact.& utrunq; sequitur Pet.Anc.in.c.licet,de procur.lib.6.& in cle.1.eo.tit.sequitur item quod priore loco dictũ est, Ias.in.l.quæ dotis,col.13.in tertio casu.ff.sol.matr.licet contrarium teneat Ant.in cap.ex parte decani,de reseri.

57 & Domi.in.c.qui ad agendum.de procur.lib.6.†Sed,& è diuerso(licet non omnibus inconfesso sit) quod scribit Inno.in eo ipso.c.ex parte decani,de rescrip.quòd si quis me sciente,& non contradicente,meo nomine agat

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in iudicio,uideor id ratum habere,tamen Imo.& Alexā. in l.2.§.uoluntatē,col.2.uer.& de materia.ff.sol.matri
citur haud dubiè istud procedere, qñ inter agentē, & eũ
cuius noīe agitur,esset sanguinis coniunctiõ, sicut etiam
si inter eos esset amicitia,ut nō.Cy.in l.in adoptione.ff.
58 de adopt.† Ad hæc,ut præsumitur donatio, & liberalitas
rõne coniunctionis sanguinis.l.si seruus cõis.ff.de dona.
inter uir & ux.cum concor.per me alibi traditis,alias au
tem secus.l.cũ de indebito.ff.de proba.cum si. Ita ēt ra
tione amicitiæ,ut uoluit Bal.in l.2.in 1.q.C.de iure dot.
allegat glo.in l.cùm quid.ff.si cer.pet.quæ nihil de ami
co dicit. & idē uoluit ipse Bal.in l.1.ver.quæro.C.ad vel
leia.& in.c.si caurio,col.1.uersi.quæro nunquid teneat,
de fide instr.ubi ēt allegat not.in.d.l.cum quid.Sed & id
uoluit glo.quam non allegat in.l.aurelius.§.titius.ff.de
ali.leg.extendens illum tex.loquentē in sanguine cõun
59 ctis,ad coniunctos amicitia & charitate.† Et bene facit
ad hoc tex.quē ea gl.allegat in.l.si seruus pluriũ.§.ulti.
(quem suprà citauimus) ff.de leg.1.ubi ēt glo.põderat,
& tex.in.l.pe.in prin.ff.de ali.lega.& quod uoluit glo.in
l.si is quĩ.§.1.in uerbo maxime.ff.de reb.dub.& alia gl.
in.l.semper in stipulationibus.ff.de verb.sig.quæ intelli
git tex.ibi dicentem,quòd in stipulationibus, & cæteris
contractibus id sequimur quod actũ est,deinde quod in
regione,in qua id actum est,frequentatur,in dubio uerò
quod minimum est,ut hocvidelicet ultimũ procedat,nisi
quis donet amicissimo,quo casu ex tacita donantis con
iectura fiet latior uerborũ interpretatio. Et ad hoc facit
illam glo.sing.Roma.in repet.l.si uerò.§.de uiro,in ad
fal.ff.solu.mat.& pro ea dicit esse tex.not.in.l.capienda.
§.ult.ff.de reg.iur.cuius hæc uerba sunt,non omnino ab
ea re aliena. Quod in obscuro sit, ex affectione cuiusq;
capit interpretationē,ubi glo.ad hanc sententiam refert
tex.in.l.cum alienā.C.de lega.suprà sæpius citatum.Sed
& illā gl.in.d.l.semper,ad hoc no.Soc.in tract.fal.in reg.
incip.lex gñaliter loquēs,ver.fallit rõne amicitiæ,& no
uissime Pe.Rauē.in suo Alpha.in uerbo,amicus,ubi etiã
facit

60 facit sing.atq; etiã tex.in.d.l.capienda.† Præterea,que
admodũ nihil interest,an iudex consueuerit uexare con
sanguineos appellantium,an appellantes ipsos,ut uoluit
Bartol.in.l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori, in.9.q.ff.de
oper.noui nuntiatio.& alibi latissimè disseremus. Idem
quoque,si amicos appellantium molestare solitus sit, ut
nominatim dixit Ang.in addit.ad Barto.super.9.qõ.per
id quod not.ipse bar.in.l.si stipulatus fuero.ff.de uerbo.
oblig.ubi dicit,quòd non prodest alicui habere ius habi
tandi in aliquo domo,nisi possit secum ducere amicum.
61 † Item,sicuti uasallus offendēs dominum perdit feudũ,
iuribus vulgatis,ita & offendens amicũ domini,ut uiden
tur uoluisse Iac.uel Bald.Aluar.in.l. imperialem.§.illud
quoq;,tit.de prohib.feu.alie.per Fede.& Nicol. Eueral
dus (vir certè non mediocris eruditionis) in nouo pul
chroq; tracta.de locis legalibus,in loco à contrariis, siue
oppositis,col.3.mouenturq;,quòd quemadmodũ uasal
lus.si cum inimicis domini amicitiam ineat,feudum per
dit,ut est tex.in cap.1.tit.quot sunt testes necess. & no.
in cle.pastoralis,de re iud. ita quoque ut contrariorum
eadē sit disciplina,si cũ amicis dñi inimicitias cõtrahat,
illosq; offendat,trahũtq; in hunc sensum id quod dicitur
62 in.d.§.illud quoq;.† Sed & ut legentes magis atq; magis
cognoscant quanti leges nostræ,earumq; interpretes fe
cerunt amicitiam, postremò huc multa,primùm ex no
stris legibus deinde ex legum ipsarum interpretibus,nul
lo ordine seruato in eam rem afferemus, ut interim ta
ceam Aristotelem,Theophrastum, Tullium, Senecam,
atque alios externos scriptores qui de amicitia tam mul
ta scripsere, ut non nisi iusto uolumine complecti ne
63 queas.† Primum igitur adduco tex.in.l.is qui amicitia.
ff.de negociis gest. ubi quemadmodum pater non repe
tit, quod in causam filii paterno affectu erogat, iuribus
ad hoc vulgatis, ita nec alius, qui paterna amicitia quic
quam impendit. per quem textum dicit Lucas Pen. in
l.prima,colum.prima.C.de castren. pecul libro duode
cimo, quòd amicus quodammodo loco patris habetur.

Secun-

64 †Secundò,text.in.l.sed si plures.§.i arrogato. in fi.ff.de vul.& pup.ubi donatũ filio ab amico patris,uidetur donatũ ipsius patris cõtemplatione.& illi quæritur.Ex quo not.Bar.q donatum spõse ab amicis sponsi,sponso quæritur, nõ sponsæ,de quo laté ibi per alios,& per Cor.cõ. 81.primus cõsultationis articulus,col. antepe.& seq.li.1.

65 †Tertio,tex. in l.2.in prin.ff,qui pet.tut.ubi amici parẽtum,sicuti & cognati possunt petere illorum liberis tutores dari.Quin & dum datur tutor,an curator infanti,aut minori, non tantum consanguinei, sed & amici uocandi sunt,ut uoluit Bal.in c.1.col.pen.uer.quid ergo,ti.de mi

66 li.uas.qui contum.est.†Quartò,text.in ipsa l.1. ex quo no.Lucas Pen.equiparati opus pro pinquorum,& amico

67 rum.†Quintò,tex.in l.sciendũ.ff.de usur.& in l.amicissimos,in prin.ff.de excu.tut.& l.scio,in prin.ff.de ann.leg. quibus iuribus constat homines negotijs, rebusq; suis,

68 suorumq;, amicos adhibere solitos.† Sextò,in.l.postliminii,post prin.ff.de cap.& postlim.reuers.ubi reuersus ad nos intelligitur,qui ad amicos nostros peruenit, non minus. quàm si intra nostra præsidia esse inceperit.

69 †Septimò,tex.in l.vlt.ff.ubi pup.educ.deb.ex quo not. gl. uocandos esse amicos absentis, cũ debet aliquid fieri in eius præiudicium,& est similis fermè tex. quem ea gl. all egat in l.ergo.ff.ex quib.cau. maior. ubi non aliter illud edictum habet locũ,quàm si amici fuerint interrogati,an uelint defendere,& ex eo no.Bar.& alii,qd' ut quis dicatur uerus contumax, requiritur ut ipsius amici inquirantur, an. uelint defendere. Et l.hæc autem. §.i. qui.ex cau.in poss.ea.ubi amici pupilli requirendi sunt, vt defendant antequam iudex decernat bon. possessionem,neque enim uerisimile est,ut illic dicitur,amicos omissuros pu-

70 pilli defensionem . † Propterea plerique uoluerunt citandos esse amicos absentis debitoris, antequam perueniatur ad secundum decretum. in qua opinione fuit gloss. in cap. consultationibus, de offic.de leg.ibi,interrogandi sunt amici, & glossa. in cap. causam, quæ. de dol. & contu.& in c.ult.in glo.vlt. & ibi quoq; Inno. &

Io.And.

Io.And.de eo qui mit.in pos.& glo.in cle.1.in uerbo,liceret,de rescrip.& in cle.1..in uerbo,ex certa scia,& ibi Card.Flor.ĩ 6.q.de iudi.& Azo in Sũma.C.de bo.auth. iudi.possi.uersi.sed nunquid. Spec.tit.de citatiõe.§.sequitur,uersi.sed nunquid,Bar.in auth. qui semel,circa med. C.quo. & quã. iudex,Ang.in l. ut perfectius, col.2.C.de ann.except. Saly.in l.3.C.de procu.& latè alex. qui addu cit concord.in l.si finita.§.1 Iulianus,col.18.ff.de dam. in fec.& ibi etiam Lud.Bol.in repe.char.11.& 2.seq.Sed & cũ datur curator bonis absentis,citãdi sunt eius amici,ut

71 consuluit Rapha.Fulgo. consil.114. Nicol. de Quinto, colum. 2. † Octauo,text.in l.aut qui aliter,uersicul. & si fortè.ff. quod ui aut clam, ubi clam facere dicitur qui se opus facturum non denuntiat amicis, his absentibus,

72 quibus erat denuntiandum.†Nono, text.in l.2.C.si per uim,uel alimo.ubi amicus etiam sine mandato admittitur ad recuperandum possessionem,qua quis absens spoliatus est,quod bene facit ad id quod supra diximus, ami

73 cum pro amico posse agere. †Decimo,tex. in l.1.§.simi lique modo, huius initu 2.C.de lati.liber.tol.in illis uerbis, & hoc neque secreto, neque inter solos amicos'. Ex quibus colligitur nostra nos secreta solere amicis com-

74 mittere.† Vndecimò, tex.in eo ipso §.in illis uerbis,tanta affectione fuerit accensus,ut etiam filium suum nominare, &c. Ex quibus item colligitur amicitiam tantũ habere uirium, ut uel seruos filios proprios nominare fa-

75 ciat. †Duodecimò, in l.si donationum in fine. C. de nupt. ex quò notanda sunt duo ad hunc locum maxime pertinentia. primum, quòd in contrahendis nuptiis amici sunt conuocandi.secũdum id certè multum habere ponderis,& momenti, quod amicorum fide,& consen-

76 su usurpatum est.†Decimo tertiò, text. in cap.de iudiciis,3.quæst.3.ubi in nostris negotiis quærẽda sunt ami-

77 corum consilia. †Decimoquartò, quod tradit gloss.1. §.ait prætor.ff.de postu.quòd licèt aliàs quis possit cogi, ut sit aduocatus,non tamen contra amicum. quem facit singu.Pet.Rauen.in suo alph.in uerbo,amicus,in fi.

78 Deci-

78 †Decimoquintò, quòd scribit Bar. in l. 2. col. itẽ 2. C. ne go. gest. quòd amicus aliàs nõ cõsuetus patrocinari præ-
79 sumitur gratis pro amico patrocinari. † Decimo sexto, quod tradit idẽ Bar. in l. gerit. col. 3. uersi. 'quæro quòd si cõuocatis, & c. ff. de acq. hære. Actũ præsumi deliberatũ, quẽ cõuocatis amicis conficimus, per tex. in l. Pãphilo. §. propositũ, ff. de leg. 3. ibi, accersitis amicis, de quo ẽt per alios i d. l. gerit, & eundẽ Bar. in l. ult. ff. de testa. & Ias. i l. 1. C. de sum. tri. i utraq; lec. uidelicet in Padu. col. 3. uersi.
80 nõ ob. i lec. aũt Tici. i 5. col. uersi. & nõ ob. † Decimoseptimò, quod dicit Bal. in rub. C. qui admit. col. 4. in 6. q. uersi. itẽ si hæreditas sit delata, quòd si delata sit hæreditas absenti, qui uagatur per mundũ, & nescitur ubi sit, possunt amici pro eo comparere sine mandato & efficere, ut ei
81 decernatur bonorũ poss. †Decimooctauo, quod uoluit idẽ Bal. in c. cõsultationibus. in fi. de of deleg. quod amicus ẽt sine satisdatione admittitur ad allegãdũ cãs absentiæ, quod dicit esse menti tenendũ, & allegat glo. quã ad hoc dicit sing. in l. in eo. §. nemo. ff. de reg. iur. quæ tamẽ indefinitè loquitur de tertio ut admittatur nulla amici
82 facta mẽtione. †Decimonono, quod uoluit idẽ Bal. in c. super eo. huius initi, 2. de testib. quòd potẽtia amicorũ facit hoiem excellẽtẽ. Sed, & ibi Pan. col. 2. uersi. tertiò no de potẽtia, dicit quòd quis propter amicos est potentior. in eumq; sensum trahit text. ibi loquentẽ de potentia, cui planè cõsonat Plautinum in Truculento adagiũ,

Vbi amici, ibi opes.

Quod & Quintilianus usurpauit lib. 5. tit. de exẽplis, cui potissimũ locus fuit apud Scytas, quibus is ditissimus existimabatur qui certissimos, optimosq; amicos possideret, sicuti apud Lucianũ retulit Toxaris, & ipse Scyta. Propterea, & antiquis celebratũ ẽ illud prouerbiũ, Amicus ignis, & aqui magis est necessarius. cuius meminere Aristot. in Moralibus, Cicero in Lælio, Plutarchus in cõmentario,
83 quem scripsit De assentatoris, & amici discrimine. †Vigesimò, quòd dicit ipse Pan. in c. quoniam frequenter, §. porrò, col. 3. uersi. quæro an ille, ut lit. non conteſt. quòd satis

satis uidetur probari aliquem impedire, ne citatio ad cũ-
84 perueniat. ex eo quòd amicus eius impedit. † Vigesimoprimo, quod Ias. in d. l. 1. in utraq; lect. uidelicet in 1. col. 3. & in 2. col. 5. C. de sum. trin. dum rñdet ad tex. in l. Pãphilo. §. propositũ. ff. de leg. 3. per quẽ Bar. in l. serui electione. in prin. ff. de leg. 1. dixerat quòd ista uerba, Volo, uel uellem relinquere Titio fundũ, disponunt in ultima uoluntate, licet non in contractibus. Nam contra Bar. tenent oẽs, præter Ang. in d. l. serui electione, quos sequitur Ias. ubi inter quæ illud est, quia hmõi uerba fuerunt prolata erga personã uerisimiliter multum dilectam, arg.
85 d. l. in testamento, cum glo. ff. de fideicom. lib. † Plura de amicis amicitiaq; ex legum authoritate cõgessi in unum locum, unàm fortè anteà à quoquã ex nostratibus sit factum. Nunc uerò tempus est ut ad id redeamus, de quo præcipuè nostra est disputatio. Quæcunque à nobis de amicis dicta sunt, eò certè tendunt ut demonstrem quẽadmodum clementiùs puniendũ est, quod pro cõsanguineis cõmissimus, ita & quod pro amicis, quod & apertè (ne authoritate alterius careamus) sentit Alex. uir in legibus omniũ iudicio consummatissimus, consil. 144. post redditũ primum consiliũ. in fi. lib. 2. ubi per text. in d. l. 2. ff. de recep. loquentẽ de consanguineis, dicit plus excusari receptantem bannitum amicũ, quàm alium, quasi ea
86 lex magis consideret amicitiam, quæ plerunq; nobis est cum necessariis, quàm ipsam consanguinitatẽ. † Et hoc quidem sententia, uel Theologorum scriptorum authoritate põt comprobari, Petrus enim Lombardus, vulgò magister sententiarum uocatus, lib. 2. dist. 22. & ibi Theologi scholastici dicunt Euam simpliciter loquendo plus peccasse in transgressione præcepti diuini quàm Adam, cuius rei hanc inter aliàs rationẽ afferũt, quòd Adã ipse peccauit uictus amicabili quadã in Euam beneuolentia, qua plerũq; fit, ut offendatur Deus, ne offẽdatur amicæ, quæ uerba sumpta sunt ex diuo Augu. 12. super Genesin cap. ult. & rursus idẽ Aug. de ea re loquẽs, Noluit (inqt) contristari suas delitias, consensit in actum prohibitum.

Lysan-

87 † Lysander Lacedæmonius vir alioquin & uirtutibus, & rei militaris peritia clarissimus, plurima tũ propter amicos facinora cõmisit, plurimas pro illorũ dñatione, & potentia cædes cõfecit, sicuti Plutar. refert tũ inuita illius, tum in eiusdẽ, & Scyllæ Romani cõparatione. Chilo itẽ Lacedæmonius (qui habitus sapiẽs & unus ex septẽ) falsum pro amici salute consiliũ dedisse dicitur, ut testis est Gell. lib. 1. c. 3. ut hĩc sapientũ uirorũ authoritate, & exẽplo discamus nõ esse tã graue scelus, quod amici causa cõmittitur. Nã ut scribit Cic. De amicitia, si qua fortuna acciderit, ut minus iustè amicorũ uoluntates adiuuandæ sint, in quibus eorũ, aut caput, aut fama agatur, declinandum est de ma, modò ne summa turpitudo sequatur. Est enim quatenus amicitiæ dari uenia possit. Quam sententiam deprõpsisse uidetur ex Theophrasto qui, & eiusdẽ tituli libros cõposuit, sic. n. propemodũ de ea referebit. l. 1. Parua & tenuis vel turpitudo, uel infamia subeũda est,

88 si ea re magna utilitas amico quæri põt. † Verũ ipse Tullius videtur fuisse sibi contrarius, ante. n. scripserat nullã esse excusationẽ peccati, si amici cã peccauerit, hancq; primã in amicitia legem sanciuerat, ut neq; rogemus rogemurve turpes, neq; faciamus rogati, turpis. n. excusatio est, & minimè accipiẽda, cũ in cæteris peccatis. tũ si qui cõtra Reipub. se amici cã fecisse fateatur. Et paulò pòst. Talis, nit. improborũ cõsensio non mõ excusatione amicitiæ tegẽda nõ est, sed potius supplicio oĩ vindicanda est. hæc ille. Secũdũ quã sniam Pericles Atheniẽsis ab amico rogatus ut pro re, cáq; eius falsum deieraret. rñdit se ad aríã usq; amicũ esse, sicuti referũ Plutarch. in uita illius, & in Apophth. Græcorũ, & Gell. quo loco nuper citauimus. Publius quoq; Rutilius amico cuidã per indignationẽ quærenti. Quid mihi opus est amicitia tua, si quæ rogo nõ facis? rñdit. Imò quid mihi tua, si propter re aliqd inhoneste facturus sum? testis Valer. lib. 6. rerũ memorabilium, c. 4. & é nostris recensẽt Panor. in. c. repellãtur, in. 2. no. de accu. ubi ipse postquam ex eo tex. notauit affectione amicitiæ, quandoq; hominem inducere ad blasphemandum

dum, & malè loquendum de inimico amici, subdit tamen nihil pro amico inhonestum esse faciendum, citatq; eam

89 legem Ciceronis. † Saly. quoque in l. nullus. C. de male. & mathema. not. ex text. ibi amicitiam reprobarum esse repellendam, quod dicit notandum ad hoc, ut amicitia inueterata nõ excusẽt receptantem bãnitum. Et illi legi consonat & Charondæ Thurij, lex, qua improborum ista tim amicitiæ renunciari iussit, graues insuper pœnas sanxit, si quis aliquando cum malis amicitiam inijsset, aut inita non statim discidisset. testis Diodorus lib. bibliothecæ 12. Verùm ut id caput tandem concludam, non mihi rectè uidetur dixisse Saly. per ea, quæ longè lateq; diximus fateor tamen nõ esse peccandum propter amicum, si tamen peccaueris ob id solum, ut saluti eius consulas, non tam seuerè id peccatũ esse puniendũ censeo, quàm si extranei causa id ipsum admisseris. Sed de his propè nimium diximus.

CAVSA VIGESIMATERTIA.

SVMMARIA.

1 *Pœnæ delictorum, aut remittendæ, aut minuendæ propter uicinitatem.*
2 *Scientia præsumitur in factis uicinorum.*
3 *Vicini possunt propria authoritate resistere officiali, in cã uicini.*
4 *A uicinis ut multa commoda habemus, ita et incommoda plurima sustinemus.*
5 *Themistocles agrum uenalem commendat à probitate uicinorum.*
6 *Vicinum oportet docere fines prædij, quod emit.*
7 *Marci Catonis præceptum obseruandum in emptione prædiorum.*
8 *Agrum empturos quænam oporteat obseruare. Ex Plinio.*
9 *Vicinus malus, magna pestis.*
10 *Damnum datum in agro, præsumitur datũ potius à uicinis, quàm ab alijs.*
11 *Italiæ statuta, ut damna data à transeuntibus, sarcinantur à uicinis locorum.*

Quod et obseruatum à Celtis et Celtiberis nu. 12.

1 VIGESIMOTERTIO, in uicinis quoq; id obseruandum arbitror, quod in cõsanguineis, & amicis dictũ est, Vicinitas. n. pro quadã affinitate est eãq; Terent. in Heautonti. reputat in propinqua parte amicitiæ. Quia Solomon prouerb. 27. Melior, ait, est uicinus iuxtã, quàm frater procul. Et Cic. lib. 1. Offic. Vicinum, inquit, citius adiueneris in fructibus percipiẽdis, quàm aut frẽm, aut familiarẽ. Herodot. lib. 1. tradit Persas illos in primis obseruare reuerẽter, qui proximè habitant, secũdas tribuere his, qui à primis proximi, atq; sic deinceps progredientes, quò uicinores, hoc arctiori necessitudine iũctos existimare. Hesiodus in fi. lib. 1. cui est tit. Opera & dies, uicinos potissimũ ad cõuiuiũ uocãdos esse monet. Proinde apud diuũ Luc. c. 15. Qui ouẽ inuenit, quã perdiderat, ueniens domũ cõuocat amicos, & uicinos (de cõsanguineis aũt nihil dicit) dicẽs illis, Cõgratulamini mihi, quia inueni ouẽ meã, quæ perierat. qđ & repetitur in decretis canonicis, in c. pœnitentẽ. 26. q. 7. Ex quo facilè possumus colligere arctiorẽ quodãmõ, & amicitiã, & familiaritatẽ nobis esse cũ uicinis, quàm cũ cõsanguineis. ideoq; sacræ literæ in ordine scripturæ uicinos cognatis anteponunt.

2 Lucæ. 1. c. Et audiuerũt, & cognati eius. † Nõ mirũ igitur, si quẽadmodũ præsumitur scia in factis cõsanguineorũ. de tutela. C. de in integ. restit. & l. octaui. ff. unde cognati, & l. si filiũ. C. de lib. cã, ita quoq; & uicinorũ. l. filiũ. ff. de his qui sunt sui uel ali. iur. & l. si ita. §. ult. ff. de fundo instruc, & c. quosdã, & c. quãto, de presũpt. & c. cũ dilectus de purg. cano. & ibi Pan. & uoluit gl. in. c. paratus, in uerbo, in nescire. 25. q. 1. & gl. no. ī. §. 1. uer. sancim. in uerbo officii, in auth. de testib. quæ dicit, q̃ uicinus præsumitur scire bonitatẽ, & legalitatẽ hoĩs, melius quàm alius. Ad mo. Ad quod ẽt allegat. l. cũ delanionis. §, asinã. ff. de instr. & l. de minore. §. pe. ff. de qõn quã gl. & ibi no. Angel. & ultra eã allegat. l. 2. C. quando fiscus uel pri. & hoc dicit (subdubius tamẽ) ualere dictũ testis deponẽs aliquẽ esse bonũ, & legalem uirum, & se id scire, quia ei uicinus. De qua re affatim disserũt doc. ī. l. 1. ff. si cer. &

& Alex consil. 92. uiso, & opportune, col. 2. vers. hoc præ
3 supposito, nu. 8. lib. 5. & utrobiq; cõcor. plurimæ. † Itẽ sicut cõsanguinei, & amici, uel ĩuocati pñt propria authoritate resistere officiali, ut diximus in præced. c. nu. 43. in cip. cõfirmãtur supradicta, ita ẽt uicini. ut scribit Bart. in l. prohibitũ. ver. itẽ no. q̃ licet. C. de iur. fis. alleg. tex. nominatim de uicino loquẽtẽ, in. l. si quis in seruitute. ff. de
4 fur. † Illud aũt sciendũ, quòd quẽadmodũ ex bonis prouenit, non secus atq; ab cõsanguineis, & amicis, sic & ab improbis multa, quotidie incõmoda, atq; detrimenta oriuntur. Hesiodus (quẽ multi Homero anteponere nõ dubitarũt) hanc de ea re sententiã protulit, in eo opere, cui est titulus, Ἔργα καὶ ἡμέραι, lib. 1.

Πῆμα κακὸς γείτων.

Sed ego ītegrã eius sn̄iam adscribendã satius duxi. Ea est

Εἰ γάρ τοι καὶ κῆπι ἐγχώριον ἄλλο γένηται, (hmõi,
Γείτονες ἀχνύσι ἔλιον, ζάσαντο δὲ πολλοί,
Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ,
Ἐμμορέ τοι τιμῆς, ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.
Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

id est, ut uertit Nicolaus Valla.

Si aduersi quicquam acciderit de more repente,
Primum illa occurret, quæ si fine Vestibus esset,
Nuda etiam ueniet, quod nec tibi sanguine iunctus
Non ager, iste sibi uestes, atque omnia ponet,
Improba, damnosa est uicina, sed proba, si sit,
Vtilis. Hæc agitur cupienda est pectore toto,
Tanquam laudis opus, neq; enim lamenta refundes
Amissæ bouem, proba si uicina tecum est.

Quem locum aliter traducit,

Si qua domi inciderit tibi res, tunc illico omissis
Adsunt uicini zonis, cinguntur at ipsi
Affines, noxa est uicinis ut improbus ingens.
Contrà ita maxima commoditas, si commodus adsit,
Deest honos hinc, bona quem uicinia deficit, at nec
Intereat bos, ni uicinus ubi improbus adsit.

Illam autem sententiam,cladem esse malum uicinũ,tanquam prouerbialem adfert Callarus in epistola ad Callielem inter epistolas rusticas Aeliani Πάλαι μὲν ἦν λέλεκται κακὸν εἶναι γείτων κακός.

5 †Quam quidem sententiam cum Spartiata quidam laudibus efferret,audiens Diogenes ille Cynicus, Atqui, inquit,& Mesenii periere,& eorum boues in uicinia uobis constitutis. Quippe Mesanã bello Lacedæmonii afflixerant,author Pausanias. Themistocles aũt Athenienſium princeps,ut Plutarc. in Apophth.& in uita ipſius retulit, cùm agrum uenalẽ proſcriberet,cæteris cõmendationibus illud addere præconẽ iuſſit, Ὅτι καὶ ἀγαθοὺς γείτονας ἔχει, id est,quòd uicinos bonos haberet,quasi uicini cõmendatione futurus esset longé uendibilior. Cui,& ſuffragatur qđ ſcribit Cic. ī epiſt.ad Att.lib.12.epiſt.eius lib.27.omnium uero 258.Domum tuã pluris uideo fore ram uicino Cæsare. Et illud Martialis lib.6.Epig.19.

Non de ui,neq; cæde,nec ueneno,
Sed lis est mihi de tribus capellis.
Vicini quæror has abesse furto.

Et alibi,ſcilicet lib.7.Epigr.92.

Propter uicinum qui pretioſus erat.

Nec hic omittẽdũ esse duxi extare apud Iouin. Pontan. in Actio,dialo.1.exemplũ inſtrumenti ueteris uendicionis,in quo inter cætera illud ſcribitur, Tribules ac uicinos bonos habet,quos mox noīat. † Ex legibus Roma-
6 nis quãuis uẽditori prædii demõſtratione fundi facta,non ſit neceſſe cõfines emptori noīare.l.cũ ſeruo.§.ult.ff.de cõtrah.emp.uerũtã ſi quis in uẽdendo prædio cõfinẽ elauerit,quẽ emptor ſi audiſſet,empturus nõ eſſet tenetur uẽditorẽ ad intereſſe dicit Iuriſconſultus.l. qđ ſæpe.§. vlt.ff.eo.quẽ tex.intelligũt gl.& doct.in uicino malo,& per illũ tex.dicit Bal.conſi.482.magnifici uiri dñi.col. lib.1.qđ ꝓpter malos uicinos res minoris ualet,minoratẽ emitur,& uẽditur,ſed corruptè allegat Bal.l. quid tibi d.l.quod ſæpe uellet allegare,per illum quoq; text. dicit Corn.conſil.282.circa primũ conſultationis articulum col.

col.3.ver facit canon,lib.1.quòd plurimum intereſt nõ
7 habere malum uicinum. † Propterea Marcus ille Cato omnium bonorum artium,magiſter, lib.1. De re ruſtica illud monet,ut cum prædium cõparare cogitabimus,animaduertamus,uicini quo pacto niteant. Quòd referens Columella,& illud quoq; Heſiodicum ſuprà citatũ lib. Rei ruſticæ 1.cap.3.De uicini cõmodo (inquit) non eſt quidẽ certum quem nonnunquã mors,aliæq; nobiſcum diuerſæ cauſæ mutant.& ideo quidã reſpuunt Catonis ſententiã,qui tamen multũ uidentur errare. Nam quem admodũ ſapientis eſt fortuitos caſus magno aīo ſuſtinere,ita demẽtis eſt ipſam ſibi malã facere fortunam,quod facit,qui nequã uicinũ ſuis numis parat,cũ à primis cunabulis,ſi modò liberis parẽtib⁹ eſt oriũdus,audiſſe poterit.

Μήδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη,

id eſt,ut obiter illud Heſiodicum interpreter,

Nec bos interea,uicinus,ſi improbus abſit.

Quod non ſolùm(ut ad Columel.redeam) de boue dici tur,ſed oĩbus partibus rei noſtræ familiaris, adeò quidẽ ut multi prætulerint carere penatibus,& propter iniuriã uicinorũ,ſedes ſuas profugerint. niſi aliter exiſtimamus diuerſum orbẽ,gentes vniuerſas petiiſſe relicto patrio ſolo,Achæos dico,& Hiberos,Albanos quoque nec minùs Siculos,& ut primordia noſtra cõtingã, Pelaſgos,Aborigines,Arcadas,quàm quia malos uicinos ferre non potuerint. Ac ne tantùm de publicis calamitatibus loquar, priuatos quoq; memoria tradidit,& in regionibus Græciæ,&in hac ipſa Heſperia deteſtabiles fuiſſe uicinos,niſi Antolycus ille cuiquã potuit tolerabilis eẽ cõ terminus, aut Auentini mõtis incola,palatinis ullũ gaudiũ,finitimis ſuis Cacus attulit. Malo.n.præteritorũ, quàm præſentiũ meminiſſe,ne uicinum meum nominẽ, qui nec arborem prolixiorem ſtare noſtræ regionis,nec inuolatum ſeminarium,nec pedamenti quicquam adnexum uineæ, nec etiam pecudes negligẽtius paſci ſinit. Iure igitur (quãtũ
8 mea fert opinio) M. Porcius talem peſtem uitare cenſuit. † Plinius lib.17.cap.5.Agrũ (inquit) paraturos ante omnia

nia intueri oportet aquarum uim,& uicinū,singula,magnas interpretationes,nec dubias. Palladius quoque qui de eadem disciplina scripsit lib.1.capit.6.Tria, inquit,mala æquè noce nocent, sterilitas, morbus, uicinus. Ante hos Plautus in Mercatore,actu.4.scena quoque 4.

Nunc ego uerum illud uerbum esse experior uetus,
Aliquid mali esse propter,uicinum malum.

Et huc quoque nonnihil alludit illud Virgilii,Eglo.1.

Nec mala uicini pecoris contagia lædent.

Et Eglo.9.

Mantua uæ miseræ nimium uicina Cremonæ.

Vnde, & illud Martialis sumptum est lib.8. epig. 55.

Iugera perdiderat miseræ uicina Cremonæ.

E nostri Lucas Pen.in l.quicunq;.co.8.ī uerbo, uicinor. C.de om.ag.deser. multis probat uicinitatē malorū obesse, atque inter alia citat illud Sallustianū in bello Iugurtino, Vti quisque potenti confinis erat, sedibus pellebatur.† Vt interim nō omittā illud Dæmosthenis aduersus Calliclē, Οὐκ ἦν ἄρα, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καλὸν πόλει κακὸν οὐδὲν ἡ γείτονος πονηρᾶ ἢ πλουσίᾳ τυχεῖν. Nō erat quā, uiri Atheniēses, perniciosus, quàm improbū uicinū, nec suis cōtentū esse, nactū. Cui adstipulatur illud Aristidis ī Themistocle, Ἐγὼ τὸ γειτόνημα ἄλυπον, ἂν φαῦλον ᾖ. Sit salsuginosa(ut aiūt)uicina.id quod illius interpres tradit ex Alemane poeta lyrico sumptum. Ex quo, & illud quoq; Platonis lib.4. De legib. Μάλα γε μυῦντος, ἄλυπον γειτόνημα. Nō sanè uerè salsuginosa,& mala uicinia.

10 †Huc nimirū referri pōt quòd post Iac.are.scriptū respondit Bar.in.l.si ita testō.§.ult.ff.de fun.instr.ar.illi⁹ resp. quòd dānū datū in agro,magis præsumitur à uicinis datū, quàm ab aliis. Sicuti,& furta quoq;,uti subdit,à uicinis,potius quā ab aliis facta præsumūtur,ēt ar.l.dūs horeorū.ff.loc.ubi & hoc sentit ipse Bar.in fin.& idē quoq; ipse Bar.in.l.2.ff.de ui pub.& in.l.ult.col.2 ff.de numo. dū loquēs de uicinis,allegat.d l.si ita testamento.§. ult. & Angel.are.in tractatu maleficio.in uerbo,fama publica præcedente.colum.15.uersic.quæro in quo casu testes

11 †Hinc

11 †Hinc multa sunt Italiæ statuta,quibus damnū datum transeuntibus,sarciri debent à uicinis locorum, tāquam scilicet præsumatur ab illis, aut culpa eorū facta,de quibus nostri doct.ubiq; tam in lec.quā in consi.Quibus adstipulatur quod ab Aristotele traditū est lib. Θαυμασίων ἀκουσμάτων,id est,admirabilium,cōsultationum,c.79.Ex Italia uia esse advsque Celtas,Gallos,& Celtiberos, Heracleam uocatam,in qua Græci,& indigenæ transeuntes ab incolis obseruantur,ne quid eis forte mali accidat nā, & hi pœnas pendunt,damnumq; lege sarciūt, in quorum 12finibus datum fuerit. † Hæc tamē intelligenda censeo de malis uicinis,non etiā de bonis, ex sententia Bal.in l.1.in princ.& rursum in fin.C.loca.ubi pulchrē.admodum, & eleganter loquitur.& Alex.in addi ad bart.in d.l.2.ff.de tia pubi. & Augusti. Ari.& bernard. Landri. in addi. ad Ange.Are.loco nuper citato.& Iason in l.in actionibus. col penulti.ver.intellige,nu.42.ff.de iureiur.& Matthæ. Afflic.in cōsue. Siciliæ inci. in q.col.ul.& Hipp.de Mar. in l.qui falsam,col.pe.ver.pro quibus etiā facit.ff.de fal.

CAVSA VIGESIMAQVARTA.

SVMMAE.

1 *Pietas exercenda in quosuis homines, et cum eis humaniter agendum, ac non summo iure utendum in pœnis infligendis.*
2 *De misericordia reprehendi satius est,quàm de seueritate.*
3 *Natura homines mutua quadam cognatione deuinxit.*
4 *Delinquens salutem cuiusque hominis tutando,leuius puniendus,at multò etiam mitius, qui quidpiam admiserit, causa consanguineorum, amicorum, aut uicinorum.*

1 VIGESIMOQVARTO, Quanuis nullatenus sit ab officio boni uiri ne tantulum quidem discendendum, uel propter saltem alterius, capitul. primum uersic. septimum genus. & capitu. mihi,autem, & melius c. ne quis & cap.faciat.& c.si quis ad te.22.quæst.1. & per Theologos in 3. lib. sententiarum, dist. 38. Tamen quia

facilè culpa abstergitur, quâ mater poni optetis pietas ipsa comitatur, cap. si quælibet. 22. q. 2. Ideo nō solū, si pro salute cōsanguinei, amici, aut uicini (de qbus affatim diximus) sed & alterius prorsus extranei, & nulla alia rōne coniuncti, quàm quòd homo est, pecauerit, ueluti quadā pietate motus, mitius est etiam puniēdus text. est not. in l. & eleganter. §. item Labeo. ff. de dol. mal. ubi qui cōpeditum alterius seruum misericordia ductus, ut refugere soluerit, in factum actione duntaxat, si non misericordia furti quoque tenetur. & text. in l. ult. post princ. ff. de custo. reor. ubi qui misericordie custodiā dimiserit, mitius est puniēdus, quàm qui fraudulenter idipsum admiserit.

2 † Et huc quoq; accedit text. in c. alligant. 26. q. 7. ubi hæc uerba adscribuntur. Deinde etsi erramus, nónne melius est propter misericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatē cuius tex. authoritate Pan. in c. 2. de reg. iur. dicit quòd melius est reprehēdi de misericordia, quàm de seueritate. Et facit quod uoluit glo. in c. 2. in uerbo, intentio, de aposta. ex quo no. Pan. ibi, quòd facilius expiatur delictū ex quadā pietate commissum, quàm ubi impietas præstat causam delicto. hanc partē sequitur Luc. Pen. in l. 1. col. 12. ver. itē cū delinquens. C. de deser. li. 12. & in l. si apparitor. col. 7. uer. causa & hæc multiplex. C. de cohor. lib. 12. dū inter causas minuendæ pœnæ, illā affert, cū

3 quis ex pietate delinquit, per tex. in d. c. si quælibet. † Adde, quòd ītер oēs hoīes cognationē quādā. Nā cōstituit. l. ut uim. ff. de iust. & iur. & facit l. nō solū. ff. de appel. & ibi gl. & doc. illū tex. ad hoc referētes Tullius li. 1. de legibus, Omniū, ait, quæ in hominū doctorū disputatiōe uersantur, nihil est profecto præstabilius, quàm planè intelligi nos ad iustitiā esse natos, neq; opiniōe, sed nā eē cōstitutū ius ēt patebit, si hoium inter ipsos societatē cōiunctionēq; perspexeris. Nihil est. n. uñū unitā similē, tā pari, quàm oēs inter nosmetipsos sumus. Idē li. 5. & ult. Finibus. In oī aūt honesto, quod per se expetēdū dicimus, nihil ē tā illustre, nec quod latius pateat, quàm cōiūctio iter homines hominū, & quasi quædā societas. & cōicatio utilitā-

tum, & ipsas charitas generis humani, quæ nata a primo statu (ita. n. legēdū ē, nō statu, ut uulgò corruptè legitur) quo à procreatoribus nati diligūtur, & tota domus cōiugio, & stirpe cōiungitur, serpit, sensim foras cognatiōibus, primū, tū affinitatibus, deinde amicitiis, post ī ciuitatibus cū ciuibus, & his qui publicè socii, atq; amici sunt deinde totius amplexu gētis humanæ quæ aī affectio suū cuique tribuēs, atq; hāc, quā dico societatē coniūctionis humanę muniticè, & æquè tuēs, Iustitia dicitur, & cętera quæ se-

4 quūtur. † Sed dicet aliquis, si semper est mitius puniēdus, qui ut alterius qualiscūq;, & prorsus extranei saluti consuleret, deliquit, quid (si Dijs placet) tot uerba de coniunctis, amicis, & uicinis fruſtra effudisti, ut probares dandā eē aliquā ī ea re cōsanguinitati, amicitiæ, uicinitati ueniā? Nēpe ut demōstrarē aliquā esse inter os drīam, ut uc3 sit clemētius in puniēdus, qui ut salutē cuiusq; hoīs tutatur, iustū quidpiā admiserit. Sed iterū isto leuius si plectē dus qui pro coniunctis, & cæteris hmōi peccauerit. Illic .n. ad delinquendū adducit generalis cognatio, quæ inter humanū genus intercedit, hæc & eadē gnālis cognatio, & præterea spālis aī, uel corporis, uel utriusq; cōiunctio ex cōsanguinitate, amicitia, uicinitate producta, quæ tanto maior est, quò specialior est, atq; propinquior, & sunt duæ rōnes una fortiores, auth. cessāte. C. de leg. hær. cū si.

CAVSA VIGESIMAQVINTA.

SVMMAE.

1 *Baptismo si quis donetur post patratam delictum, leuius est plectendus. Et quid si dissimulanter id fecerit. nu. 12.*

3 *Delinquentes plerumque primatum quempiam ludunt, semper uerò Rempub.*

4 *Punitus in foro pœnitētiali, pōt accusari, et puniri in foro iudiciali.*

5 *Delinquendi occasio præcidenda.*

6 *Baptismus an aliquod remittat ex foro iudiciali.*

7 *Baptismus restituit hominem prīstinæ innocentiæ.*

8 *Clericus effectus, aut religionem ingressus post commissum delictū, an pœnam effugiat.*

1 Vigesi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 VIGESIMOQVINTO. Si quis post cõmissum delictũ baptizetur, ei pœna delicti remittitur, cũ & crimina ipsa dimittantur, nec obsint. 26. dist. fermè per totum, & c. quod aũt. 32. q. 1. & c. ulti. de pœniten. dist. 7. & c. 2. 1 fi. de consec. dist. 4. ibi quid ab hoc factũ, dictũ, cogitatum est, per baptismũ aboletur, & quasi factum non sit habetur, & iterum c. regenerante, & aliis multis, ead dist. & c. gaudemus, de diuort & latè per Theologos in 4. Sniarũ

2 dist. 4. † Et hoc quoque procedit in foro iudiciali, ut sentit gl. ulti. 49. dist. in Summa, & expressionis in d. c. quod autem in gl. etiã vlt. & in c. ult. in gl. quoq; ulti. & Cald. Ant. & latius Imol. & Fely. in ca. de his de accu. & Barb. in clemen. 1. versi. nos igitur, col. penul. de summa trini. ubi hoc tamen dicit procedere si non simulanter id fecerit, nõ aliàs, & nouissimè Tho. Ferratius caut. 24. quæritur perscribentes, uerũ. si uis ipsam mortem. ubi ita dicit fuisse obtentum Paduæ in causa cuiusdam Iudæi, qui cõmisso quodam enormi delicto Christianũ se esse cerat, cõuocatisq; illustrioribus totius uniuersitatis doctoribus

3 causaq; per utrãq; partem disputata, fuit tãdẽ liberatus. †Cõtrarium uidelicet hoc solum procederc in foro pœnitentiali, nõ et iudiciali, tenẽt pleriq; oẽs, his potissimũ rationibus, Baptismus. n. respicit animã, cùm per sacramentum quis efficiatur mẽbrũ Christi. cap. quia passus, de pœni. dist. 2. Et ideo absolutio, quã ecclesia baptizato tribuit intelligitur quo ad animã, quia talis remissio uidetur habere causam limitatã respectu animæ. Et quia ecclesia non defendit iustè condẽnatos pro furtis, & delictis, c. ult. 24. q. ulti. Præterea delinquentes plerũq; quæpiã priuatũ lædũt, semper uero remp. l. licitatio, 5. quod illicitè. ff. de publi. & uecti. cũ si. In quorũ præiudicio nõ debet uideri ab ecclesia cõcessum remissionis beneficiũ, l. 2. 5. si quis à principe, ff. ne quid ī loc. pub. fi. & c. super eo. de offic. deleg. & c. ex tuarum. de autho. & usu pal. Et doc præsertim dicẽdũ in ecclesia, quæ cultrix iustitiæ, c. 1. ti. de aliena. feudo. Et facit quod in Euangelio legitur, Reddite quæ sunt Cæsaris cæsari, & quæ sunt Dei Deo.

4 Et

4 † Et in simili dicimus, q̃ punitus in foro pœnitẽtiali põt accusari, & puniri in foro iudiciali, ut uoluit gl. in d. c. de his. & ibi ẽt doc. de accu. ubi Pan. Mar. & Frãc. extendũt etiã, si fuerit ipposita publica pnã, de quo latè Ant. Burg. col. 3. ver. capio glo. cũ multis seq. de emp. & uẽdit. Et ab solutus à crimine in foro ecclesiastico, põt nihilominus in foro seculari cõueniri, ut latè probat Pet. Anc. in c. ea quæ, de reg. iu. lib. 6. Ant. But. & Pan. in c. 1. de of. ordin. & Io. Ana. 1 c. 2. de adult. & dicit Bal. ī l. placet. C. de sac. eccles. quod absolutio facta ab ecclesia, non intelligitur

5 præiudiciũ fori secularis. † Deniq; facile posset quisq; Iudæus, aut alius ethnicus pœnã crimi. uitare, ad baptismũ ẽt in fraudẽ confugiẽs & ita præstaretur occasio delinquendi cũ esset uia paratissima ad pœnã euitandã, quod non est dicendũ l. conueniri. ff. de pac. dotal. & l. si maritus, §. legis, uersi. cæterũ, ibi euitandis criminis sine cã, ff.

6 ad leg. Iul. de adul. † Et ita in hanc partem, quòd baptismus nihil remittat ex foro iudiciali, cõcludit gl. ī c. admonere in uerbo pnã, 32. q & gl. 2. Inno. & Host col. ulti. in fi. Io. An. Pet. Peru. Ant. & Pan. ī d. c. gaudemus. per text. ibi. ī fi. de diuor. Pan. & Io. Ana. qui dicit hãc esse cõem op. Maria. & Frã. Are. ī d. c. de his. de accu. & Card. in cle. 1. §. sanè in 14. q. de usur. Luc. Pen. ī l. si apparitor. co. pe. C. de cohor. li. 12. & è recẽtiorib. phili. Dec. ī c. quæ in ecclesiarũ, col. 8. uersi. 3. & ulti. de consti. ubi, & in hanc partem dicit se cõsuluisse Paduæ, cũ ex facto hmõi ipẽs inciderat, & secundũ ipsius consiliũ fuisse iudicatũ per Tho. Macomũ, ptãtem Paduanũ. Eius aũt in eam rem cõsil. est 130. proponitur quo Iudæus, ubi hanc partem multis ra-

7 tionibus, & argumentis longe lateq; confirmat. † Et hoc quoq; è Theologis sẽtit Alex. Alex. ī 4. parte suæ Sũmæ, q. 20. membro 1. articulo 2. cùm dicit, quòd in baptismo omnis culpa deletur, & restituitur homo in pristinã innocentiam. quantum ad animam, quasi secus sit de corpore, & idem quoq; einsdem omnino uerbis dicit Diuus Bonauentura in d. 4. sniarum, dist. 2. arti. 1. q. item 1. Sed & hoc uoluisse uidetur diuus Thomas in 3. parte Sũmæ,

q. 68.

q.68.art.5.in fi.dum scribit,quòd baptizati debent satisfacere proximis,de iniuriis ante baptismũ illatis. Sed & expressiùs,hanc suiam sequutus est.q.seq.art.2.in fi.dicit.n.quòd licet homicida liberetur à reatu pœnæ per baptismum,quò ad Deum,remanet tamen obligatus quò ad homes,quos iustũ est ædificari de pœna, sicut scandalizati de culpa,pié tñ talibus princeps pœnã indulgeret. hæc ille.quẽ sequitur (loco iam tacito) Astesanus lib.4. suæ Summæ,tit.item 4.art.1.col.vlt.ver.utrũ iudex secularis,& in eadẽ fuit opinione Anto.Flo.in 1.parte 3.partis principalis Summæ,tit.14.c.13.post prin. dicẽs quòd omnis pœna debita in Dei iudicio remittitur in baptismo,sed non debita in iudicio hominũ,quia non tollit pœ
8 nã mortis debitam pro maleficio commisso.†Quid aũt de eo,qui post cõmissum delictũ efficitur clericus,uel ingreditur religionem,uide Oldra.cõsil.4.quòd laicus delinquens.Bar.& alios in.l.1.ff.de pœn.Bal.in.l.1.ad fi.C. an ser.ex fact.su.Cepol.caut.9.cuius est exordiũ,si quis commisit Ias.in.l.pen.in prin.in ult.not.ff.de iurisd.omiud,Bar.Gul.Iac.Bu.& Bal.in.l.ult.ff.qui satisf.cog.Ioã. And.in.c.1.de obl.ad rati.Cyn.in authen.causa quæ sit. C.de epis.& cle.Iac.Are.in.l.iam tamen.ff.iud.sol.Bartrix.q.32.incip.aliquis litigabat.

CAVSA VIGESIMASEXTA.

SVMMAE.

1 *Liberorum nomine cum delinquente mitiùs est agendum.*
2 *Sergius Galba pœna et iudicio soluitur, liberorum ratione.*
3 *Menecrates pœnam euitat, sui nepotis prætextu.*

1 VIGESIMOSEXTO, cùm is qui deliquit. plures habet filios,est cum eo mitiùs agendum fauore liberorũ, l.unica.§.si plures liberos.ff.de portion. quæ lib. damnãtis.cuius hæc uerba sunt,Adrianus imperator in hæc ferè uerba eleganter cuidam rescripsit, Fauorabilẽ apud me causam liberorum numerus facit quem text. ad hoc not.Roma,in repetitio.l.fiuerò.§.de uiro.in 45. vers.c. 9.ff.

9.ff.sol.mat.&facit sing.barb.in repe.l.cũ acutissimi co. 28.uer.sed ut quisq; relinquat.C. de fideic. & facit text. not.in l.qui in prouincia.§.diuus Marcus.ff.de rit.nupt. quẽ & ad hoc dicit sing.Bal.in c.naturales, tit.si de feud. fuerit contro. quod liberorũ numerus inducit facilitatẽ dispensandi.facit etiã tex. in c.2.de his qui fili.occi.quẽ et ad hoc ponderauit Luc.Pe. in l.1.col.10. uersi.ecõtrà uidetur.C.de deser.lib.12.& in l.si apparitor.col.7. vers. item futuræ,ut C.de cohor. eo.lib.12. Et in tex.itẽ in ca. quia circa,& ibi glo.ultima,ante fi.de consangui. & affi. & tex.in ca.1.35.q.8.& quod dicit ibi gl.in uerbo, filios, & glo.in c.cum haberet,in uerbo, multiplicitas,& ibi ẽt Host.Io.And.& Pan.de eo qui dux. in matrim. quã pol.
2 per adulte. †Quæ rõne Sergium Galbã tẽporum suorũ eloquentissimum(si Suetonio credamus) in Galba ca.3. iudicij flammã euasisse accepimus. Tradit.n. M. Tullius in lib. De claris oratoribus,cui &titulus est Brutus,Lusitanos ab ipso Sergio Galba prætore contra interpositã (ut existimabatur)fidem interfectos,ex quo Titus Trib. pleb.populum Ro.incitauit in Galbã,& in eum rogationem tulit similẽ priuilegii.M.quoq; Cato Censorius legem suadens luculata oratione in illum inuectus est,tum quanta eloquentiæ uis in Galba foret cognitum est,qui liberos suos paruulos, filiũq; ẽt Sulpitij Galbæ suis ipse manibus circumferens,fletu,ac cõmiseratione mouit populum Roma.ad misericordiam,&ita se eripuit flammæ, atque euasit damnationem.Cuius rei quoque fit mentio à Fabio lib.2.Oratoriarum Institutionum, quo loco de Rhetorica,eiusq; fine differit in hæc uerba,Sergiũ qui dem Galbam miseratione sola,qua non suos modo liberos paruulos in concione produxerat, sed Galbæ etiam Sulpitij filium suis ipse manibus circuntulerat, elapsum esse cùm aliorum monumentis, tum Catonis oratione testatum est. Sed & idem quoquẽ retulit Valerius Maximus libro 8.cap.1.ibi dicit, quòd quæ innocentiæ tribui nequiuerat absolutio, respectu puerorum data est, & L.Florus, libr.Epitome Liuij 49.

3 Si-

3 † Simile quidpiã tradit Lucianus in Toxari, quòd cũ Menecrates Massilienſis à ſexcentum uiris cõdemnatus, facultatibus exutus fuiſſet, & infamis pronunciatur, tãdem curia ſuper ipſius nepote commota, qui illi ex Zenothemi genero, & Cydimacha filia natus erat, remiſit mulctã Menecrati, eſtq; rei, & famæ reſtitutus. Itaq; Quintilianus ipſe lib. 6. Affert, inquit, in his momentum. & ætas, & ſexus, & pignora, liberi dico, & parẽtes, & propinqui, quæ omnia tractari uariè ſolent, & paulò poſt illud monet, ut eos in iudicio producamus, qui pericli tãtur, ſqualidos, atque deformes, & liberos, & parentes. Item paulò mox. Quare & obſecratio illa iudicũ per charisſima pignora, utiq; & ſi reo ſunt liberi, cõiũx, parẽtes, utilis erit.

CAVSA VIGESIMASEPTIMA.

SVMMAE.

1 *Puniendus mitiùs eſt, qui ex uehementi præſumptione, non ex euidentibus probationibus condemnatus eſt, et nu. 9.*

2 *Ex præſumptionibus, et indicijs an procedatur ad pœnam corporalem, et nu. 10. 11.*

3 *Lex Lõbarda non plectit morte eũ, qui per duellũ alterũ occiderit.*

4 *Fama fallax eſt et mendax in ut raque partem.*

5 *Pœna mitiganda eſt in his, in quibus ex ſola fama procedit ur ad condemnationem.*

6 *In pœnis corporalibus mitius agitur in dolo præſumpto, quã in uero*

7 *Homicidium qui confeſſus eſt ſe feciſſe ad ſui defenſionem, capitaliter non eſt puniendus.*

8 *Dominus mãdans ſeruo, ut nunquam redeat domum, quin reſciſcat aliquid de hominem occidat, an ſit capitaliter puniendus.*

1 VIGESIMOSEPTIMO, Cum quis condẽnatur non ex euidentibus probationibus, ſed ex uehementi præſumptione, ut ſit interdũ, aut aliàs quouis modo, leuius certe eſt puniendus, ut uoluit Abb. antiquus, & poſt eum Ioan. Andr. Collec. & Card. qui hoc dicit ſing. & Petr. ancha. Anto. Imo. Panor. & Fely. in ca. afferre, per illum tex.

tex. de præſump. ubi Salomon quoniã nõ euidenter, ſed ex præſumptione cõpertũ habuit delictũ meretricis, eã ad filii reſtitutionẽ ſolùm, non etiã ad aliquã pœnã corporalẽ condemnauit, & idẽ uoluit per tex. in d. c. afferre, in no. in c. quia ueriſimile, eo. ti. ubi dicit, quòd cũ iudex procedit ſuper delicto ex præſumptione debet multũ tẽperare ſniam, nec debet condẽnare, niſi raro & modicè, & non ad pœnã corporalem. & eũ ibi ſequuntur Hoſt. et Bal. qui hoc dicit eſſe notandũ. Pet. Anc. Pan. qui tamen

2 diſtinguit. † Et quanquã ille tex. in d. c. afferte, plerisq; nõ uideatur iſtud probare, quia ibi ſolũ agebatur ad filiæ reſtitutionem, & non ad pœnã corporale, tamẽ in ea ſniam plerique oẽs conueniunt, uidelicet Alber. Gandi. ſummæ authoritatis uir, & magnus practicus teſtimonio 1o. Anmi. in addi. Spec. tit. de proeu. §. 1. uer. item quòd eã eſt criin addi. Spec. tit. de præſum. & ind. indub. ex quib. cõde. poſ. trac. mal. tit. de præſump. & ind. indub. ex quib. cõde. poſ. ſequi, col. 3. uer. ſol. uidetur, per multa, quæ illic allegat, & iterũ paulo antè ſi. d. tituli. ubi dicit, quòd ex præſumptionibus & indiciis quantumcunque uiolentis, & urgentibus atque ẽt indubitatis non proceditur ad condẽnatio nẽ pœnæ corporalis, & ita dicit tenuiſſe oẽs doc. Bonomæ, & quoſcunque ſuæ ætatis quos uiderit, & ſe uidiſſe de conſuetudine obſeruari, & idẽ quoq; uoluit Spec. tit. de præſump. §. ſpẽs aũt. in uer. ſumma. Oldr. cõ. 192. uiſo diligẽter, & Bal. in l. presbyteri. eius initii, t. co. pe. uer. & adde quod quãdo. C. de epi. & cler. & in l. non eſt ueri ſimile, ante. ſi. ff. quod met. cauſ. & ĩ l. leuius, §. 1. ĩ fi. ff. de teſta. & in l. ſciant cuncti. ad ſi. uerſi. ſextò probatur poſt Nic. Matt. C. de proba. ubi ẽt Pau. Ca. qui ex hoc dicit, ſe quẽpiã à morte liberaſſe, qui viſus fuerat exire gladio eſuaginato ab agro quodã ĩ quo repertus occiſus inimicus patris illi⁹, q; eo die domo egredi ẽti iuſſerat ne rediret, quin prius aliquid noui audiret, et cũ domũ rediſſet, dixit ei pater, ut fugeret. Et ipſe bal. ĩ l. fugitiui, co. 2. ver. ſi aũt nõ eſt certũ, & ibi Cæp. in ult. char. C. de ſeru. fug. & ipſe bal. ĩ cr. ĩ fi. ti. qui. mo. feud admit. huius initii, 2. & ĩ

rub.

rub. de offic. deleg. col. pe. uersi. itē dicit quod principes. & cō. 250. in q. do. Milani, col. 2. uersi. secūdò est uidendū, lib. 1. & consi. 364. quia qō ista. col. 2. uersi. præterea mitiganda est. lib. 3. Auto. in c. quāto. de præsump. & Imo. in l. ulti. ff. de hære. insti. Pe. An. in regula iuris, semel malus, co. 10. de reg. iur. li. 6. & Domi. in c. habuisse, in 1. no. 33. dist. Pan. c. 2. ad mediū. de coha. cleri. & mul. & in c. accedens de accu. & in ca. auditis. col. pen. uersi. sed cōtra prædicta, de prescrip. & Pau. Ca. consi. 299. uisa inquisitione suprà scripta col. ult. li. 1. vbi & ipse dicit, se quendam defendisse à pœna capitis, cōtra quē erāt ita fortia indubitata indicia, ut animus & intellectus hoīs non potuisset credere alium quàm eum fecisse homicidiū, subditq; temerariū fore contra decisionē tanti uiri, & tā experti (loquitur aūt de Alber. Gand. quē ipse ibi allegat) Ro. in l. 1. §. si quis ī uilla. in fi. ff. de SC. Sylle. & Frā. Are. in l. eius qui §. si cui. de testa. & Barb. con. 26. illud in medium referā quod prophetæ clarissimus. col. 7. uersi. modo est solēnis. lib. 1. & cōsi. 23. sapiētissimus. dixit Ecclesiastes, col. ulti. uersic. & existis, lib. 2. Alex. in l. 1. col. 8. uer. ad maiorē. ff. si cert. pet. ubi multa ad hoc adducit. & cōsi. 15. in causa inquisitionis formatæ per potestatē Parmæ. col. 2. uersi. tertiò per id quod dicit, lib. 1. & consi. 115. in causa inquisitionis formatæ contra do. Helenam. ad finē lib. 3. & consi. 2. uiso processu, post prin. lib. 7. & consi. 188. & uiso processu inquisitionis, col. ult. lib. 7. & Cæpo. consi. 39. filio criminalium, consi. 6. ueritas primi dubij. col. 2. uersi. & licèt secundū. & con. 27. requisitus, col. ult. & consi. 32. quidā rustici, col. pen. & consi. 34. sin unquam in 4. qō. & consi. 39. baptista Meoni?, col. 2. uersi. nec obstat. & Socci. in repe. l. 1. col. 4. de uulg. & pup. & Augu. Ari. in addi. Ange. Are. in tract. maleficiorum, in uerbo, de anno præsenti, & iterum in uerbo, comparuerunt, colum. 1. Felyn. in cap. aliter, & quando, eius initii 2. §. ulti. colum. 7. uer. tertia causa. de accus. ubi hoc reputat sing. & in cap. uenerabilis, col. 4. uersi. secundo not. & ibi latè Philip. Decius col. 11. cum seq. de except. & idem Decius in cap. tertio loco.

loco. col. pen. uersi. & pro talibus, de proba. Hipp. Marsi. in l. 1. §. diuus, co. 5. uersi. rō est, ff. de fica. & in repe. rub. C. de proba. col. 50. uersi. teneas menti ubi, & illud dictū Inno. dicit sing. & Ias. in l. ut uim. col. 3. uer. moneor per illud, ff. de iusti. & iur. & in l. 1. col. 5. uer. tu aduerte licet. C. de ser. fugi. & Matth. Affict. in consti. Siciliæ incip. mala noxia. col. 2. & de hoc est text. sing. ut dicit Frāc. Aret. in ca. inter solicitudines, de purga. cano. secundū lecturā glo. ulti. quā & ad hoc no. Alex. in d. l. 1. ff. si cer. pet. & d. consi. 2. li. 7 & Ias. in d. l. 1. & Fely. in d. c. afferte. ¶ Et hoc quoq; lex Lōbarda uidetur obseruasse. nā cū probatio, quæ fit per duellū, nō sit uera, & indubitata, quoniā multi sub iusto clypeo perierunt, ut est in ea. l. Lōbarda, tit. qual. quis se defend. debe. l. recolimus, & dicit gl. in l. qua actiones, §. si quis in colluctatione, in uerbo. nisi domino cōmittente in fi. ff. ad leg. Aquil. & in §. si quis hoīem, & ibi etiā Bal. tit. de pace tenen. & Cy. in authen. generaliter, C. de epis. & cle. & Bald. in l. ex hoc iure, col. 3. uersi. octauò quæritur. ff. de iusti. & iu. & in rub. C. de l. at. libe. tol. con. 515. quidā fuit interfectus, li. 5. & est de hoc text. in c. 2. de purg. uulg. Nā incerti sumus de iudicio Dei, ut dicit gl. ī d. §. si quis hoiem, & ut dicit Psalmista Ode. 35. iudicia dei abyssus multa. Et diuus Paulus ad Ro. c. 2. In cōprehēsibilia iudicia eius. Ideo si aliquis per duellū probetur occidisse hominē ex lege Lōbarda, nō punitur ad mortem quēadmodū, et hi qui ueré, & īdubitatè idipsum cōmisisse probātur, per l. nemo. C. de epi. audi. sed tantū manus amputatione, ut scribitur in tit. de homici. liberorū hominū. l. qui uerò intra treuguā, & in d. l. recolimus, & ita referūt glo. in d. §. si quis hoiem, & ibi bal. col. 5. & Nico. Mat. quē refert idem Bal. in d. l. ulti. in fi. C. de probat. & Ioā. Ana. in cap. 1. col. vlti. de cleri. pug. in duel. & Barb. d. consi. 62. col. 7. uersi. & quidem Bal. in d. ca. lib. 1. & Paris de Puteo in trac. de re mili. lib. 1. tit. quid sit duellum, & nouissimè Catel. Cot. vir, & legum, & artium humanarū peritissimus ī memor. per duellionis, reus, ad fi.

¶ Hinc quoq; fit quòd cū fama plurimū fallax sit, & men-

dax,nec tunc quidē cum aliquid ueri afferit,sine menda cii uitio est,ut scribit Tertullianus in Apologetico ca.7. cui accedit diuus Hierony. ad Ruffinū inquiēs, Multum in utranq; partem crebro fama mentitur, & tā de bonis, mala,quam de malis bona falsorum ora concelebrant. Quod & satis probat illud Virg.eclog.6.

Quid loquar,aut Scyllam Nisi, quam fama secuta
Candida succinctam latrantibus inguina monstris.

Nā nisi filia,hæc Scylla non fuit,sed Phorci uerū. Virgilius τὸ φρόνιμον famæ seruauit,quæ plurimū ex falso trahere solet. Sic &apud Ouī. Penelope ī epist. ad Vlyssem,

Siue quis Antiochum narrabat ab Hectore uictum,
Cùm non ab Hectore uictū,sed à Memnone, Auroræ filio,necatum fuisse constet ex Quintio Calabro,aut quis is fuit,qui Iliada exorsus est à fine Homeri. Sed & famā sequebatur,quæ id falso narrabat. Apertissimè alii Virgilius in Aethna,

Hæc est mendosæ uulgata licentia famæ,

Et id quoq; attestātur leges nostræ statuentes solā famā non inducere plenā probationē,at ne semiplenam quidē regulariter,secundùm Bar. & alios in l.at qui naturā. §. absente, cum concord. ibi adductis per recentiores.

5 Cùm igitur fama talis sit,hinc fit, ut in quibus casibus ex sola fama proceditur ad condēnationē, vt in casu, cum considereas, §. secundæ quæstionis, de senten. ex. & in eo qui traditur per glo. & Bar. in l. 1. ff. de excep. certē pœna minuēda, ne uidelicet tā grauis, & seuera imponatur, quā si ex certa probōne fieret cōdēnatio. text. in c. illud. de cleri. excō. mi. secūdū Fely. ī d.c. qualiter, & qū, huius initii 2. §. vl. co. 7. uer. quarta cā, de accu. Et hoc quidem uerū est per ea, quæ dicta sunt, sed ille text. hoc expressim non probat, sed bene facit in arg. nam ibi minus punitur, qui habens notitiam excōicationis per totā famam celebrauit, quām si aliās fuisset uerē certior.

6 Sed & hinc quoque prodiit, quod pulchrè, & notabiliter scribit bal. ī c. ad fi. ti. qui. mo. feu. amit. huius initii 2. quod ī pœnis corporalib. mutuis agimus ī dolo præsūpto, quia in ve-

in uero, per. l. 1. ff. ad legē cor. de sicar. cū simil. Credo, q' uoluit allegare. l. 1. eiusdē tit. Et licet Bald. solus sit in ea sententia, saltē quòd nunc meminerim, tamē cum nō habeat contradictorē, imò uerò habeat assertores in similibus suprà adductis, nisi & ipsa eadē sint, non uideo, cur eum non sequamur tam excellentem iurium interpretē.

7 †Ex hoc itē fit, quòd quāvis is qui confessus est se homicidium fecisse ad sui defensionē, possit ut homicida puniri, nisi defensionē probet, ex sniā Bart. in. l. idem quæsit. §. aurelius. ff. de lib. leg. & Bal. in. l. 1. col. 8. in. 10. q. C. de confes. cū alijs concor. adductis per Alex. in. l. 1. §. si quis simpliciter, uer. ex prædictis inferrur. ff. de ver. ob. tamen quia hmōi probatio resultans ex hmōi confessione nō est simplici & pura, sed qualificata, nō est adeò euidens & in dubitata, nō debet capitaliter puniri. ita sing. uoluit Pan. in. d. c. auditis, col. pe. de præscrip. ī nixus ea generali sententia, quā diximus de probatiōe præsumptiua. Et sequitur & dicit alibi nō reperiri & esse in solemni cultu apud recentiores practicos Fely. ibi col. 7. uer. obstat secundò. Et licet, inquit, cōtra id uideatur decisio Bal. in. c. dudū, eius initii 2. in fi. de elec. & Lanfrā. in c. quoniā, char. 15. uer. pro decisione huius qōnis, de proba. tamē satius putat illā Panor. opi. sequi. Cuius et meminit idē Fely. i. c. significasti. eius initii 2. col. pe. ver. & ista not. de homici. ubi tamē dubitare uidetur, cū dicit hanc esse stupendā limitationē d. sniæ Bar. si ea uera sit. Meminit itē Alex. qui id dicit signanter notandū, licet nō certò firmet, in. l. nō solū. §. sciendum, col. 2. uersi. & ibi subdit. ff. de oper. nouinunt. & Hipp. Marsil. qui id singu. dicit in. l. repeti. col. 8. ver. quartus est casus, de qōn. & sing. 185. cōfessio inquisiti, in fin. & Ias. qui etiā de hoc dubitat, in. d. l. ut uim, ubi suprà. ff. de iusti. & iur. ubi tamen dicit id sibi fecisse magnum honorē in actu practico. Sed ut non omittā, illam Bar. sententiā non omnibus placuisse, ut uidere licet ex Saly. in. l. 1. uer. quartò opponitur. C. de confes. fit certè ea mihi admodum dura esse uidetur, si homicidium aliter non sit probatū quām per huiusmodi confessionem rei.

8 †Ex quibus non satis tuta uidetur decis. Bar. in l. si quis mihi bona. §. pater Scio. ff. de acquir. hære. de quodã milite Florentino, qui cùm ab aliquo passus fuisset iniuriã, dixissetq; famulo ut nunquã domũ reuerteretur donec aliquid resciret de hmõi negotio, confestim illũ famulus interemit, ob quod miles fuit decapitatus, tanquam eius mandato fuisset homicidiũ perpetratũ. de quo dicit esse tex. tum ibi, & sequũtur Bal. Imo. Paul. de cast. & alii ibi, & Bal. in l. non ideo minus. C. de accus. Pe. Anc. cõsi. 117. aliàs 266. Panor. in c. sniam, col. pe. ver. nec obstat si dicatur, ne cler. uel mon. Io. an. cõsi. 59. uisa inquisitione formata per magnificum dom. capitaneum Florentinũ Roman. sing. 714. tu scis quod Bar. & Ang. Are. in tract. maleficiorũ, in uerbo, Semproniũ mandatorẽ in 21. q. & Mathes. not. 188. not. quòd ubi creditor, ubi hoc ampliat & procedere, si dñs per hmõi uerba prohiberet expresse ne inficeret, per tex. no. in c. ult de homic. lib. 6. & Anto. Cors. in suis sing. in uerbo, præceptũ, huius initii primo, ubi hoc latè examinat. † Item Ias. in l. 1. col. 5. uers. 9 caue tamen quòd in prædictis casibus ff. si cer. pe. dicit se dubitare de dicta decisione, ea rõne, quòd ex præsumptione probatione debet quis mitius puniri, ut diximus. & Alex. quoq; in addi. ad Bar. in d. §. pater Scyo. subobscurè eam decisionẽ impugnat, alia tamen rõne. Idem tamen Ias. in l. 1. col. 5. uersi. tertiò multum no. C. de ser. fug. post quã dicit eam ipsam decisionem uideri dubiam ea qua diximus ratione, & aliis, quæ allegat, tandem tamen illã approbat cum sex notab. limitationibus, quas ibi uide per 10 eum. † Quod aũt dictum est non esse imponendã pœnã corporalem, quãdo ex præsumptione solum procedit ad condemnationẽ, intellige Procedere in præsumptione hominis secus autem in præsumptione legis, ex qua cum quis condemnatur, non debet pœna minui. Ita uoluit Pan. not. in d. c. accedens, col. 2. uersic. nec obstat quando dicitur, de accu. quem sequitur Ioan. Montefer. in repet. l. nemo potest, col. 5. de leg. 1. & facit tex. nota. in l. si quis adulterii. C. de adul. ubi ex præsumptione illius ponitur pœna

pœna capitalis. quem ad hoc ponderat Mathes. in singul. 116. nota, quòd præsumptio, & quod uoluit gl. in c. cum 11 contumacia. de hæret. lib. 6. † Alias limitationes tradit Felyn. in d. c. afferte. quas hic ponere supersedi, tum quia illic in promptu sunt omnibus, tum quoq; quòd quædam ex illis mihi non uidentur proprié hanc decisionem limitare, tum quia in alijs, dum uult tantum limitare, omnino destruere uidetur. Sed & in eam rem alia pleraque addu cit Hip. Marsi. in l. repeti. col. 6. uers. uideamus ergo. cum duabus sequent. col. ff. de quæst. quæ illic quoque omnibus uidere licet.

CAVSA VIGESIMAOCTAVA.

SVMMAE.

1 *Delinquenti, si patrato crimine resipiscat, et pœnitentia capiatur, aut remittenda pœna est, aut certè immuenda.*
2 *Pater filiam quæ in corpus suum peccauerit, si ad bonam frugem redierit ducta pœnitentia, non potest exhæredare, nec alimenta, nec dotem negare.*
3 *Patris interfectorem, si agat pœnitentiã, an possit licite accusare.*
4 *Accusari puniriq; potest in foro iudiciali is, qui absolutus est in foro pœnitentiali.*
5 *Glaucus Apollinem consulit, super pecunia apud se deposita.*

1 VIGESIMOOCTAVO, Si perpetrato crimine delinquentem illius pœniteat, fiatq; bonus ipse delinquẽs, certè puniri nõ debet. ita allegatur uoluisse Specul. in tit. de accusatore. §. 1. uersi. quid si quis interfecit patrẽ, per text. in cap. accusasti. de accu. & in c. opio. 86. dist. quod pro no. & sing. refert & sequitur Hippo. Marsil. in l. qui falsam, col. 7. uersi. & non obmitto. ff. de fals. Cui consonat quod scribit Aristoteles lib. orbicularium quæst. 29. c. 13. nihil errare iudices qui reum usq; adeò emendatum 2 liberat. ut nihil præreteà delinquere uellet. † Et hoc quoque confirmat huiusmodi simile, quòd licet pater possit filiam, quæ in corpus peccauerit, exhæredare, ut est

tex.in l.si filiam.C.de inoffi. testa. possit item illi & dotē & alimenta denegare.ut uoluit Specul.tit.qui fil.sunt legit.uer.quid si filia.tamen si filia ad bonos mores conuer sa pœnitentiam egerit,iam non est ius patri ea quæ diximus facere,ut dicit Speculator,ubi suprà,& Antonius in cap.quintauallis.col.2.ver.& dicit Io. Andr. de iureiur. & Alex.in l.1.col.9.uersi.sed Imo.ibi dicit.ff. sol. matri. & Iason qui hoc dicit esse mirabile,in authen. non licet. col.1.uersi.item diligenter aduerte. C. de liber. præter. Et bene facit.l.imperialis. C.de nupt.& c.ferrū.50. dist.

3 cum similibus.† Sed quod pace Hippo. dixerim,nec tex. in d.c.accusasti, à Specul. citatus nec ipse hoc dicit, sed illud tantum quærit, an si quis patre meo interfecto agat pœnitentiam bonusq; fiat,possim eum licitè accusare? in qua re dubita. Nam si nō accusem,inquiunt, hæreditatē perdo.l.1.C.de his quib.ut indig.Rursum si accusem,uideor ex odio procedere,cum sit emēdatus,per dictum c. accusasti,& d.c.odio. Et huic parti magis fauere uidetur,ut uidelicet sit potius abstinēdum.† At Io And.in c.

4 accusasti,& post eum Pan.alteram partem intrepidè sequuntur,quoniam absolutus in foro pœnitentiali potest accusari,& puniti in foro iudiciali,ut uoluerunt gloss. & doct.in c.de his,eo.ti.Et faciūt quæ diximus suprà in 25. causa. Et illud præterea, quòd in cōsummatis delictis nō iam est locus pœnitentiæ ad cuitandam pœnā delicti, ut plenè no.in l.si quis non dicam rapere.C.de epi.& cler. Sed fortassis posset attētari hūc esse aliquanto mitius pūniēdum,si planè cōstaret eū uerē emēdatum esse, ex his,

5 quæ dicā inferius.† Nec tn inde prius discedam.quā referam historiā ab Herodoto quoq; relatā li.6. de Glauco Lacedæmonio,uitæ sanctitate satis cōmendato,ad quem uir quidam Milesius fluctuāte Ionia assiduis bellis,diuendita parte bonorū accessit, & apud eū pecuniā deposuit, existimans fore,ut & salua esset,& sibi redderetur cū allatis symbolis reposceret. Lōgo aūt post tēpore,filij eius, qui pecuniā deposuisset,Spartā ueniunt, Glaucum conueniunt, exhibitisq; symbolis pecuniam repetunt. at ille repel-

repellere hoīes, neq; eius rei quicquā se reminisci dicebat.Ipse aūt Glaucus Apollinē cōsulit, an iureiurādo pecuniā prædaretur,quā apud se depositā à quodā Milesio, filii eius reposcebāt? Respōdit autē Pythia his uersibus.

Γλαῦκ' ἐπικυδὲς ἕδν, τὸ μὲν αὐτίκα κέρδιον οὕτω
Ὅρκῳ νικῆσαι καὶ χρήματα λῃΐσσεσθαι,
Ὄμνυ, ἐπεὶ θάνατός γε καὶ εὐόρκου μένει ἄνδρα.
Ἀλλ' ὅρκου παῖς ἐστιν ἀνώνυμος, οὐδὲ ἐπιχεῖρα,
Οὐδὲ πόδα· κραπνὸς δὲ μετέρχεται, εἰσόκε πᾶσαν
Συμμάρψας ὀλέσῃ γενεὴν, καὶ οἶκον ἅπαντα.
Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

Quos ita latinos reddidit Valla interpres,

Glauce Epicydides equidem expedit ad breue tēpus,
Sic orco uicisse,interuertisseq; numos,
Deiera,& Euorcum,& quoniam manet exitus idem,
Aſt orci natus,qui nomine,qui manibus,qui
Nullis est pedibus,repidé aduenit,usq; adeò,dum
Conuoluens omnem perdat prolemq; domumq;.
Cum sobole Euorci melius sed posteà agetur.

Subditq; Herodotus, His auditis Glaucus sibi ueniā eorum quæ dixisset ut daret,deum obsecrabat. Cui Pythia inquit,idē polleret tentare deum,& facere. Tūc Glaucus accitis Milesijs hospitibus pecuniam reddidit. Cur autē hæc oratio apud uos instituta est, dicetur, Glauci nunc nulla,supereſt neque soboles neq; domus,quæ illius cognatur,sed ex Sparta radicitus extrita est. Ita bonū est nihil aliud de deposito cogitare,quam ut repetentibus reddatur. Hactenus Herodotus. Sed,& hanc quoque historiam recensēt Iuuenalis Satyra 13.

Spartano cuidam respondit Pythia uates,
Haud impunitum quondam fore, quòd dubitaret
Depositum retinere,& fraudem iure tueri.
Iurando,quærebat enim quæ numinis esset
Mens,& an hoc illi facimus suaderet Apollo.
Reddidit ergo metu,non moribus, & tamea omnem
Vocem adyti dignam templo,ueramq; probauit,
Extinctus tota pariter cum prole,domoq;.

Et quanuis longa deductis gente propinquis,
Has patitur pœnas peccandi sola uoluntas.

Quanquam,ut uides ex historia Herodoti,nõ hic fuit nuda uoluntas, cùm ad denegationẽ depositi semel processerat,ideo non excusabatur ex eo quòd posteà pœnituerat. Crimen.n. denegatione perfectum erat, uti & ex uenditione rei depositæ,posteà redemptæ in causam depositi,quæ si etiã sine dolo malo perierit, tenetur tamen depositarius depositi,quia semel dolum fecit,cum uẽderet, ut est text.singul.l.1.§.si rem depositam.ff.depos. Quòd si sola uoluntas siue cogitatio fuisset, certè nostris legibus id impunè fuisset,per l.cogitationis.ff.de pœnis. Apud Deum uerò id non impunè ferimus. Scitum est illud decalogi. Deutero.ca.5. Non cõcupisces uxorem proximi tui,non domum,non agrũ,non seruum,non ancillam,non bouem,nõ asinũ & uniuersa,quæ illius sunt. Et illud Matthæi 5. Qui uiderit mulierem ad cõcupiscendum eã, iam mœchatus est in corde suo. Cui assentiens Iuuenalis ad ea,quæ ex eo suprà diximus,hæc subdit.

Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,
Facti crimen habet.cedò si conata peregit?

Leges aũt nostræ in hoc secutæ sunt leges Moysis, q̃bus nõ animũ,sed manũ tãtũ puniebat, sicut alibi latè dixim⁹.

CAVSA VIGESIMANONA.

SVMMAE.

1 *Pœna mitius infligenda,ubi à patrato scelere multum temporis intercessit. Limit.nu.3.*

Domitianus incesta Vestalium a patre Vespasiano Titoq; fratre neglecta uarie coercet.

2 *Exceptione uiginti annorum tollitur querela eius, qui à familia occisus, est ante, quàm mortem eius ulcisceretur. Limit.nu.3.*

4 *Delictum non desinit esse delictum sola temporis cursu.*

5 *Emendatum esse quempiam unde colligatur.*

6 *Delinquens, ex pœna sit emendatior atque correctior.*

8 *Augustus Cæsar diuturnorum reorum,et ex quorum sordibus nihil aliud quàm uoluptas inimicis quæreretur, nemina abolenit.*

1 Vige-

1 VIGESIMONONO, leuius quis punitur cum post delictũ à se cõmissum iam multũ temporis est transactũ. text.est de hoc singul.quẽ ita pleriq; omnes antiqui legũ interpretes intelligunt,in.l.si diutino ff.de pœn. Quãobrem Domitianus imperator Roma. authore Tranquillo, incesta Vestaliũ à patre Vespasiano, Titoq; fratre neglecta,uarie coercuit. Prima capitali supplicio,arbitrio quidem puniendarum relicto,posteriora uerò,seuerius, more.s.ueteri,ut uiuæ defoderentur.quod erat atrocissimũ mortis genus apud Liuiũ,1.Decad.lib.3. M. Duillius tribunus plebis edixit, uetera peccata iam obliterata non
2 esse reperenda.† Et huc nõnihil facit, quòd eius qui à familia occisus est,antequã mortem illius ulciscereturr, & cæterorum quoq; criminum quærela 20.annorum exceptione excluditur,ut de primo est tex.in.l.in cognitiõe. ff.de se.Syllan. De reliquis in l.quærela.C.ad leg.corn. de fal.& quod habetur in.c.cum uenerabilis,ante fin.de excep. Præter tamen pauca de quibus per glo.& doc.in d.l.quærela. Sed an hoc de iure canonico & in foro ecclesiastico obseruetur,uide glo.in.c.admonere, in uerb. pœnitentiam.33.qõ.2.& Panor.in.c.licet,& ibi omnino Philip.Dec.col.18.de proba.& ipsum Panor.in.c.cũ haberet,in 3.no.de eo qui dux.& in.c.ult.post prin.de purgat.cano. Io.Ana.in.c.super eo,de crimi.fal.& Aufrer.in
3 decis.Tholo.q.188.itẽ fuit quæsitũ si aliquis cõmisit crimen.† Intellige tñ,ut quæ iam die commissa sunt,leniùs puniri debeant,eũ sint momentanea;ut homicidiũ, & cætera hmõi,& quæ semel sunt perpetrata. Quia si sint successiua,ut matrimonium prohibitum,hæresis, aut alia id genus,in quibus quis diu perstiterit,eò grauius coercendus est quo diutius permanserit. nam ut dicit text.in.c. non debet,in fi.de cõsang.& affin.diuturnitas temporis nõ minuit peccatũ,sed auget,tantoq; sunt graviora crĩa quantò diutius infelicẽ animam detinent allegatã. & est similis tex.in.c.ult.in prin.de consue.& in d.c cum haberet,de eo qui dux.in matr.& c.non satis,in fin.& c.cum in ecclesiæ,in medio,de simon.& c.sicut nobis,in fin.de

regula.

regula.& transſ.ad relig.&.c. ſchiſma.24.q.1. Et ut dicit eleganter tex.in.l.inficiando.§.infans.ff.de fur.quid tam ridiculũ eſt,quàm meliorẽ furis conditionẽ eſſe propter continuationẽ furti æſtimare? Sed, & ſi quæcunq; delicta fuerint iterata grauius quoq; ſunt punienda, ut infrà latius dicemus. Et ita eã.l.ſi diutino intelligunt glo.nar. & alii qui ad hoc multa alia iura aſſerũt,quæ illic in prõptu ſunt oĩbus,& Pe.an.Barb.& Roc. Cur.in.d.c.ult.de

4 cõſue. † Illius aũt legis ita intellectæ ut diximus, rõ nou eſt,q; crimen ſine culpa proceſſu tẽporis aboleatur, aut minuatur,ut eſt tex.in.l.ſicut.C.de falſ,ex quo not. Bal. in.d.l.quærela,ante ſi.eo.ti.quòd delictũ ſolo curſu temporis nõ deſinit eſſe delictũ.& ita ẽt no.per glo.in.c.citò. in uerbo,multiplicis.1.q.1.quæ ad hoc multa iura addu cit.Sed nec ullã ab aliquo ſcriptam rõnem comperi, nec aliam cogitare poſſum,niſi quòdquiẽ aliàs quidpiã admiſerit,diutius tamẽ poſteà à delictis abſtinuerit,aut magis uidetur peccauiſſe impetu,ignorãtia,infirmitate,& cæteris id genus,quæ delictũ minuũt,quàm dolo,& peccandi conſuetudine.uita.n.ſequẽs iã diu bene rectèq; ac longè à ſceleribus acta,ſatis oſtẽdit atq; declarat nõ illud facinus cõmiſiſſe peruicaci quadã aut inueterata ingenii malitia.Ex ſequẽtibus.n.cũ in oĩbus rebus, tum maximè in his quæ ad mores attinẽt, præcedẽtia mirũ in modũ declarantur.l.ſi hi qui,&ibi Bal.& doct.C.de adul.&.§.vlt. & ibi gl.in uerbo,ut appareat.in auth.de reſti.& ea quæ

5 par.cũ ſimil.† Aut quocũq; id aĩo fecerit, ſi tamen aliquã poſt tẽpore.id eſt,triẽnio,bene honeſteq; uixerit, uidetur ſatis atq; ſatis emẽdatus,ut eſt text.penitiſſimis memoriæ præcordiis infigendus,in.§.1.uer.hinc aũt nobis. in auth.de mona.cũ dicitur.Attamen ſufficit ad meliorẽ purgationẽ delictorũ,& ad uirtutis argumẽtũ, (ſic.ſi.ma lo legere,quàm augmentũ) triennalis temporis teſtimoniũ.& quod no.Ang.& Saly.qui illũ tex.facit ſing.in.l.ſi fideiuſſor.§.ſi ſatisfactũ,& ibi Alex.& Iaſ.col pe.ff.q.ſatisfd.cog.& idẽ Saly.ã.l.ſi minorẽ,col.2.ver.& ſ̃ ut tollã obiecta.C.de ĩteg.reſt.mi.& Luc.pẽ.in.l.principes,ĩ 83.

præ-

præſump.C de prin.agẽ.in reb.li.12.Imo.in c.cũ deputa ti,& ibi Fely.co.1.in prin.de iudi.& Pan.in c.teſtimoniũ in 3.no.de teſtib.&ibi Barb.in repe.circa fin.& Lud.Roconſi.236.ut præmiſſa cõſultatio,col.2.uerſi.3.pouderãdũ,ubi & illũ tex.facit ſing.& Frã.Curt.in trac.de ſequeſtris,quẽ poſuit ĩ l.1.C.de prohi. ſeq. pec.ĩ 6.q.prĩ.& anto.Corſe.qui hoc reputat ſing.in ſuis ſing.ĩ verbo,præſumptio regula eſt,& c. Iaſ.qui illũ tex.ſolẽnã uocat,ĩ l. ſi priuſquã.co.14.ver.tu ergo dic.ff de ope.nou.nũ. Phili. Dec.cõſ.163.ĩ cã matrimoniali,co.7.uer.quartò nõ deponit,& uide infrà in 51.cã,nu 171.incip.igitur neminẽ.

6 † At ĩter alias puniẽdorũ delictorũ cãs hãc primã poſuit Plato ĩ Gorgia, Taurus philoſo.in cõmẽt.eius li.in prin. & Seneca lib.1.de Cle.& Gellus lib.6.c.14. ut qui pecca uit,ex pœna fiat emẽdatior,atq; correctior.de quo eſt & tex.apud nos ĩ l.ſi pœna.ff.de pœnis, & ĩ c.qui ea.38.di. & c. cũ dicitur,33.q.2.& late diximus ĩ nr̃is Il.Cõubia lib.leg.9.nu 224.inci. Propterea cũ Plato.Quæ cã.cũ ceſſet,utpote cũ iſte ſatis(ut iã diximus) uideatur emẽdat',

7 cõſequẽs eſt, ut aut nullo mõ,aut certe mitius ſit puniẽdus.† Sed hĩc nõ prius diſcedẽdũ putaui,quã id dixerĩ,q̃ etſiverũ ẽ,ut qui iã lõgo ante tẽpore deliquit,& ſẽper poſteà bene vixit,mitius ſit puniẽdus,rõnib.ſupra adductis, id tñ nõ probatur ex d.l.ſi diutino.ſed id potius,ut q̃ diutino tpe ĩ reatu fuerit,aliquatenus pœna eius ſubleuãda ſit.hæc.n.ſunt uerba eius l.Quid ãt reatus ſit,& qũo ea l. intelligatur nemo vnus eſt qui ignoret poſt annotationes Bud.ĩ eũ locũ,ad quẽ ſtudioſos relego.illud tãtũ dixerĩ,eo vocabulo primũ oĩum uſum eſſe Meſſalã, ut ſcribit Quinti.li.8.c.3.Aug.Cæſar diuturnorũ reorũ, & ex quorũ ſordib. nihil aliud quã voluptas inimicis quæreretur, noĩa aboleuit,ut ſi quẽ quis repetere uellet par periculũ pœnæ ſubiret.ut tradit Sueto.in uita illius,c.32. Et Domitianus reos qui ante quinquenniũ proximum apud ærarium pependiſſent,uniuerſos diſcrimine liberauit,nec repeti niſi intra annum,eaq; conditione permiſit, vt accuſatori qui cauſam teneret,ex illius pœna eſſet,vt idẽ ſcribit in uita quoque ipſius Domitiani,cap.9.

(Cauſa

CAVSA TRIGESIMA.

SVMMAE.

1 Crimen si quis confiteatur ultrò non conuictus, cũ eo mitiùs agendũ.
2 Confitenti ultrò plerunque parcitur.
3 Ciceronis in Verrem locus, elucidatur.
4 Crimen negantibus, et conuictis tamen difficilè uenia conceditur.
5 Atheniensium leges ueniam concedunt sese manifestanti.
6 Mosaicæ leges leuius puniunt sponte confitentem delictum à se commissum, quàm conuictum.
7 Delicti confessio multùm ponderis habet ad sedandam iram.
8 Alexander magni faciebat ad ueniam, delicti confessionem. Chrysostomi super hoc sententia.
9 Confitens metu alterius, pro conuicto habetur. Limit. nu. 11. 13. Et quando quis dicatur sponte confessus. nu. 10.
12 Iudex si fuerit oneratus probandi necessitate, an et quando reus sponte confitens, mitius puniendus.
14 Pœnam et supplicium ubi quis demeruit, an et quo casu confessus mitiùs, quàm conuictus, puniatur.
15 Pœna minuitur in casu fauorabili.
16 Pœna, si iam ipso iure imposita sit, et etiam iam quæsita patrimonio, siue Reipublicæ, per confessionem, aut aliud qui adueniat titium, an et quomodo sit pœnitentiæ locus.
17 Delictum si quis fateatur, qualitatem tamen eius neget, nobilis mitius accipiendus est.
18 Conuictus ex præsumptione tantùm, mitius puniendus est, quàm conuictus ex ueris et indubitatis probationibus.
19 Confessus sponte quo casu mitius puniatur, quàm conuictus.
20 Statutum, ut propter confessionem deducatur quarta pars pœnæ, non habet locum, quando pœna nullam diminutionem recipit.

1 TRIGESIMO, †Cũ quis cõfitetur crimen non cõuictus, est cum eo agẽdum mitius, quã si negans cõuincerẽtur. l. 7. C. ne tuto. uel cura. uectig. condu. authenti. sed nouo iure, C. de pœn. iudicis, qui malè iudica. & c. ult. & ibi glo. de fur. & c. inter corporalia, versicul. sanè quoniam, de transla. epi. & cap. 3. ibi glo. 50. dicto & c. vlt. in prin.

prin. 82. di. & c. si quis oẽm, ante fi. 1. q. 7. & c. imprimis, uer. si aũt episcopi, & ibi gl. 2. q. 1. & c. nõ dicatis. 12. q. 1, & c. qui admisit, & c. si quis præsbyter. 15. q. 8. & c. facilius, in prin. & ibi gl. de pœnit. di. 1. & not. gl. in. l. nõ ois. §. ult. ff. de re milit. & uoluit Panor. in. c. at si clerici, & ibi
2 Fely. col. 2. & Phil. Dec. col. 4. in. 6. no. de iud. †Quin interdum oĩno parcitur sponte confitenti seipsumq; defe renti. l. edicto, in prin. ff. de iur. fis. & l. 3. §. ult. de alu. iud. mut. cau. fa. & ibi glo. quæ adducit multas concor. & ultra illas. l. in eos, in fi. ff. de custo. reo. & ibi ẽt concor. in glo. Quibus adstipulatur illud Salomonis prouerb. 28. Qui confessus fuerit scelera sua, misericordiã cõsequetur. Il lud quoq; Fabii lib. 6. quo loco de altercatione disserit, Nocet ẽt diu pugnare in his, quæ obtinere nõ possis. Nã ubi uinci necesse est, expedit cedere. quia siue plura sũt quibus quæritur, facilior erit in cæteris fides siue unum, mitior solet pœna irrogari uerecũdiæ, nã culpã plerrim
3 deprehẽsam pertinaciter tueri, culpa altera est. † Ad quã sententiam referendũ est, quod scribit Cic. in. 3. actione in Verrẽ, ante fi. Nemo ita in manifesto peccatu teneba tur, ut cùm impudens fuisset in facto, tũ impudentior uideretur si negaret. Quod aũt apud Cic. peccatu legendũ sit, uel refragrãtibus omnibus exẽplaribus, admonet Gel lius lib. 12. c. 19. id. n. obiter lectorẽ admonere uolui. Eandem aũt sniam aliter expressit Pli. lib. Epist. 4 ad Vrsum,
4 epist. eius lib. 9. Rem, inquit, manifestã inficiari, augentis erat crimen, non diluentis. † Cæterùm, Arist. lib. Rhetorices De causis ciuilibus, ad Alex. Si te, inquit, accusarit, ea dixerit deliquisse, ut ueniam consequare facilè præsta bis. Titius quoq; Liu. 3. Dec. lib. 10. de Asdrubale loquẽs, qui cùm uaria oratione usus esset, nũc purgãdo cria, nũc quidẽ fatendo, ne imprudẽter certa negantibus difficilis uenia eẽt, &c. Et Liban. Antiochenus ad Richomenẽ scribit ipsã delicti cõfessionẽ mereri ueniã, ac genus quoddã defensionis credi supplicẽ confessionẽ. Itaq; Domitianus uir alioqn crudelis & sanguinarius, stupratores Cor neliæ maximæ virginũ Vestaliũ in comitio ad necẽ cædi impe-

imperauit, excepto prætorio uiro, cui dubia etiam tum causa & incertis quæstionibus atq; tormentis, de semetipso professo exilium indulsit. testis Sueton. in uita illius. c. 8.

5 †Sed & secundū Athenienſium leges omnium optimas, & ex quibus maxima pars noſtrarū deprompta eſt, teſte Liui. 1. Dec. lib. 1. manifeſtanti ſeipſum etiam impunitas conſtituebatur. Cuius legis profugio ſuadēte Timeo, ut recenſet Plutarch. Cheronen. in Alcibiade, Andocides, qui ob Mercurii ſtatuā perfractam iuſſu populi in carcerem truſus fuerat, ſeſe innocentē nocentem cōfeſſus, ob

6 id liratus eſt. †Quin ēt ex legibus Moſaicis leuius quoq; puniebatur ſponte confeſſus, quàm cōuictus. Quod hic cuiq; manifeſtū eſt, quòd fur cōuictus puniebatur in duplum, uel quadruplū, uel quintuplum, ſecundū eā diſtinctionem, quæ traditur Exodi 22. c. quia ſi fuiſſet ſponte confeſſus, in id ſolū puniebatur, quòd ultra rei ablatæ reſtitutionē quintam quoq; partē ipſius rei reddere cogebatur, ut legitur Numer. quinto, poſt princip. & ita intellexit ibi Nicol. de Lyra, interpres Bibliorum nominatiſſimus, & ante eum diuus Auguſtinus cum dicit, quia annuntiauit, non eo damno plectendus fuit, quo furem conuictum plecti oportet. atque etiam Alexander

Ales in tertia parte Summæ q. 47. membro 5. articu. 2. &

7 in 4. parte. q. 86. membro 2. arti. item 2. in fin. † In hac re aūt leges naturā hominū ſunt quodāmodo imitatæ, uſa enim & experientia cōpertum eſt, confeſſionē delicti, ad mitigandā placandamq; irā, ulciſcendiq; cupiditatē eius in qnē peccauimus, magnū habet momentum, tanquā ad nobis natura præſcripſerit, ut mitiùs in confitentes agamus. Sic Dauus ille Terentianus ſe crucē meritum cōfeſſus eſt, quò ſe ab ira & uerberibus Pāphili uindicaret. Sic Demipho apud eundē poetam in Phorm. quò Nauſiſtratam Chremeti placatā redderet. Verùm, inquit, quādo id accuſando fieri infectū non poteſt, ignoſce, confitendo purgat. quid uis amplius? Sic deniq; Horatius uates ingenioſiſſimus lib. 1. Carminum, Ode 16. in princi. ut ſibi

Tindaridem, quam læſerat, conciliaret, crimen fateretur. O ma-

O mater pulchra filia pulchrior,
Quem criminoſis cuique uoles modum
Pones Iambis, &c.

8 †Arrianus hiſtoricus, quem pleriq; eundē eſſe autumāt, cuius multas leges habemus, in rebus geſtis Alex. lib. 6. ſcribit erroris confeſſionē apud Alex. ipſum plurimū ualuiſſe, nec quicquā ad impetrādā uenā hoc uno apud eū fuiſſe efficacius. Sed idem author lib. 7. de hac re ipſa nō minus ſanctè, & religioſè loquitur, quā ſi Chriſtianorū ſacris, atque diſciplina initiatus fuiſſet, Pleriq; (inquit) quāuis ſe deliquiſſe ſciāt, id tū tanquā rectē factū pertinaciter defendunt, culpā ſuā, per hūc modū celatā iri exiſtimātes. Qui mihi quidē magno errore teneri uidentur. Sūma. n. medicina peccati eſt, quātū ego exiſtimo, & peccatum confiteri ſuū, & eiuſdē pnām præ ſe ferre. Nam qui iniuriā accipit, illā haud dubie aliquanto leuiùs pertfert, ſi eū qui intulit, & fateri ſe deliquiſſe, & iniuriæ pœnitere aīaduertat. Ad hæc qui uiolat alterū, ſi dolere ſe facto doceat, bonam ſpem cæteris præſtat ſe poſthac nihil admiſſurum tale. Hæc Arrianus. Denique ex Seneca, aut quiſquis eſt in Prouerbiis quæ eius noie circūferuntur, proximū (inquit) ad innocentē tenet locū uerecūdia, &

9 peccati cōfeſſio. †Intellige tamē prædictā procedere in ſpōte cōfeſſo citra metū probōnis, uel tormētorum, nā ſi propter metū alterutrius cōfiteretur, pro cōuicto habendus eſt nihilq; ab eo differt, quo ad pœnæ impoſitionem, ut uoluit gl. c. de hoc. in uerſi. in iure, de ſimo. quod Pan. ibi ſequitur, & dicit eſſe ſingulariter notandū, quia quotidie ſolet allegari, & ſequūtur alii ibi, & idem Pan. qui illā quoque dicit not. in c. at ſi clerici. col. 2. uerſi. nota etiā quod mita paria eſſe, & ibi ēt Fely. col. 2. uerſi. nota etiā quod mitiùs, & Philip. Dec. in 6. not. de iudi. & eſt ſimilis gloſ. in c. 3. 50 diſt. per tex. in. d. c. vlti. 24. diſtin. vbi & idem glo. uoluit in ult. gl. in fi. & ibi Domi. & rurſum glo. in d. c. nō dicatis. 12. quæſtio. 1. & item in Summa. 15. quæſt. 8. atque etiam in d. c. qui admiſit, & in c. ex tempore, in gloſ. magna, uerſi. ſi mediocre & manifeſtum. de tempo. ordi.

10 Di-

Universidad de Deusto Biblioteca

10 † Dicitur aũt sponte cõfessus,& nõ timore probationis, qñ nullo præcedente stimulo sponte se offert iudici,crimenq; confitetur,secus,si iam accersitus erat ad iudiciũ, ut expresse uoluit Pan.in d.c. de hoc.de simo.nihil tamẽ allegãs. Verùm cõtrariũ uoluit Bal. post Bar.in l.ea quæ. in 11.q.C.de condi.indeb.ut uidelicet uideatur spõte cõfessus,ad hoc ut ei prosit,si confiteatur,postquã est tractus in iudiciũ, modo statim cõfiteatur.i.antequã testes sint recepti,per tex.in l.eũ qui.ff. de iureiur.& idẽ uoluit Ioan.And.in d.c.de hoc, & ibi post eum Fely. de simo.

11 † Imò plus dicit Bal.in d.l. ea quæ.in 10.q. etiã prodesse si post negationẽ statim confiteatur, per not.in c.ulti.de iura.cal.li.6. quod & idẽ uoluit ipse bal.in d.l.eum qui in prin.per illum tex.&ipse Bal in .l.contra negantẽ.co. 1.C.de lege Aquil.& in c.uasallus,ibi.col.3. uersi.tertio quærit,tit.si de feu.fuer.contro.int.do.& agn.& i c.1.§. porrò,co.4.ver. nũc generaliter quæro,tit. quæ fuit prima cau.bene.amit.& Ro.cõsi.59.ad discutiẽdũ.in ult.dubio, ubi multa allegat,& iterũ consi.70.uisis themate,& qui in 2.q.3.dubii.& Ange.in §.ex maleficijs,co.8.uersi.& ad uertas secundũ Bal. in isti.de acti.& latissimé Barb. consi. 82.illud referã in mediũ,per 4.primas col.de quo tamen

12 per Saly.Fulg.&alios in d.l.eum qui.† Sed hoc sanè sem per intelligendum est, modò aduersarius, uel iudex non fuerit oneratus probandi necessitate,per d.l.eum qui.& ita uoluerunt omnes fermè,quos suprà citauimus & Ange.in §.si enim.in authen.de trini.& semis. cum concor-

13 adductis per recentiores in d.l.eum qui.† Sed & ista prima limitatio intelligenda est,ut etiam ille qui meru probationis cõfessus est,debeat aliqualiter(ut nostri loquũtur)elementiùs puniri,eritq; in iudicis arbitrio,quantum sit de pœna remittendum.Ita dicit not.Host.in d.cap.de hoc.de simo,arg.c.ulti. de transact. Quem etsi reprobat Panor.ibi,quoniam hoc nullo iure probetur,idem tamẽ Panor.in d.c.at si clerici,col.2.uersi.nota paria esse,de iudi.dicit hoc dictum uideri ualde æquum, & ibi etiam sequuntur Philipp.Franc.& Fely.in d.cap.de hoc.

14 † Intellige secundò id quod in principio diximus, ut nõ procedat qñ per legem, uel statutũ quis incurreret pœnã ipso iure delicto cõmisso,neque.n hoc casu confessus punitur mitiùs, neq; conuictus seuerius, sed æqualiter uterq;.Textus est,& ibi bar.pulchré hoc notans,in d.l.id quod seruo,§.1.ff. de pecul.lega.& l.palã.§.ulti.ver.deprehensa,ff. de rit.nupt.Et ita ẽt dicit per illos tex. Ang. Are.in tract. malefic.in uerbo,cõparõt inquisiti,ubi hoc dicit sing.notãdũ,& ante eũ Bal.in l.ea quæ.in 2.q. C.de condict.indeb.ubi & hoc dicit notab & Per. Anc.in cap. perpetuæ,col.1.de elect.lib.6.ubi id dicit esse mẽti tenẽdũ,& in c.1.col.ulti.de homic.li.6.Flo.in l.2,circa med. ff.ad leg.Aqui.Alex.in l.eum qui.in princi.ff. de iureiur. Cardi.Alex.in c.uasallus, col.1.tit.si de feu.fuer.cõtro.interdo.& uasal.& Fely.in d.c.de hoc.de simo.glo. ualde no.in c.imprimis,in uersi.spõte.2.q.1.quæ tamẽ nihil de hac re dicit,& nouissimè Hipp. Marsi.in l.de unoquoq; nu.88.ff.de re iud.& in repe.rub.ff.de fide ius.nu.142.& i

15 l.1.nu.66. C.de rap.uirg. † Sed Aug. Ari.i suis ad Ang.Are.in addi.in d.trac.malefi.ubi suprà,hoc dictũ suboseurè reprehendit,neq; n.id ut ipse dicit, probat tex.in d.l. id quod seruo.§.1.sicuti ẽt declarat bal.i d.l.ea quæ.Sed nec tex.in d.§.deprehẽsa. si rectè expẽdatur, quia ibi materia est odiosa,nos aũt loquimur in casu fauorabili,cum uidelicet pœna minuitur propter confessionẽ delinquẽtis,per ea quæ dicit bal.in c.1.§.porrò,tit.quæ sit cau.bene amit. Hæc Augu. Quã sniam nulla Augustini mẽtione fcã,uidetur fuisse imitatus Philip. Dec.in d.c.at si cle

16 rici.in fi.6.no. † Sed non propterea discedendũ arbitror à prima opin. quæ uel nemine defendente satis seipsam tutatur. Qui.n.fieri põt, ut pœna quæ iã est in ipso iure imposita,& quæ iã quæsita est parti,& fisco,siue Reipu. per cõfessionẽ,aut aliud in aduentitiũ,minui possit quãdo ẽt uidemus in ea nullũ esse pniæ locũ ut uoluit gl.in cle. ne in agro,§.quia uerò,in uerbo ,ipso facto,de stat.monac.cũ mult.cõcor.à me collectis in cõment.l. si unquã, in uerbo,reuertatur,nume.307.incip. octauum,ubi quid

fit,C.de reuoc.donat.nec itē locū esse purgationi more, l.si is cui.& ibi bar.ff.de lega.2. cū aliis quoq; multis cōcordan.à me item congestis in d.l.si vnquam, ubi suprà,
17 nu.310.incip.decimum,quod & à superioribus.† Intellige tertiò,ut non procedat, quando quis sponte confitetur delictum, negat tñ qualitatem delictum ipsum alterātē,nā si postea cōuincatur de qualitate negata,æque punitur,ac si oīno negasset, de quo tñ quia id non indiscriminatim procedit,uide abūdāter per bar.in disp.inci.
per Italiā cōiter sunt statuta,& ī d.l.eū qui,ff.de iureiu.
& in l.proinde §.notādū.ff.ad leg.Aquil.bal.in d.l.ea quæ
in 7.q.& in d.l.cōtra negātē,col.3.uer. quæro núquid l
le,& i d.§.porrò,co.ult & Flor.in l.lege Aquil.ff.ad leg.
Aquil.& in l.si ex plagis.§.tabernarius,ff.e.tit.Ang.Are.
ibi nuper allegauimus col.vlti.uers.quærit bal.barb.in ad
18 di.ad bal.in §.item si uasallus,tit.de cōtro.inue.& Fel.in
d.ca.de hoc col.2.de simo. †Quartò intellige,ut minus
puniatur confessus sponte,quàm conuictus ex ueris,& in
dubitatis præsumptionibus, secus,si ex præsumptione ta
tùm sit cōuictus, quia is mitius puniēdus esset,quā spōte
cōfessus,ut uoluit gl.meo iudicio sing.ī c.1.super uerbo
capitalē,tit. de pac.tenē.& eius uiol. & ibi no Bal.col.p
19 versi.deinde tu habes.vbi monet illā glo.not.† Quinto
intellige dūmodo pœna sit mitigabilis,alioquin non mi
tius punitur spōte confessus.Exempli gratia, si pœna ita
vt electio non rite facta sit irrita,illa enim pœna mitiga
ri non potest. Ita dicit Domi.in d.c.ulti.24 dist.& in d.c.
imprimis.2.q.1.per tex.in cap.innotuit. de elec.& Felin.
20 in d.ca.ad hoc.de simo.† Et facit quòd scribit Ang.Are.
in d.tractatu maleficiorum in uerbo, deducta quarta par
te propter beneficium confessionis,post princi.quòd illa
te statuto, ut propter confessionem deducatur quarta
pars pœnæ, non haberet tamen locum huiusmodi statu
tum, quando pœna nullam reciperet diminutionem,per
multa iura quæ ibi allegat,& Bal.in l.vlt.col.2.uersi.mo
do quæro.C. de exec.rei iudi.& in l.de ætate §.ult.ff.de
interro.acti.& Iaſi.in d.l.eum qui.ff.de iureiur.

Causa

SVMMARIA.

1 *Delictum minuitur propter dignitatem, uitales, et maiorum nobilitatem.et num.9.17.*
2 Nobilis pœnam potest redimere magno pretio aut eleemosynis.
3 Laqueus,fœdissima,et turpissima omnium mors.Et an ea nobilibus posſit inflgi.
4 Vino uitis laqueo proxima dys libare prohibitum.
5 Suspendiosos luctu priuant leges.
6 Laqueus,non ignominiosum genus mortis quibusdam populis.
7 Virgines strangulare,mesas antiquitus.
8 Magici cæmibus suspensorum utuntur ad suas uenefieas artes.
10 Nobiles ret criminis non adstringuntur carceribus.
11 Baldi opinio; An quis reus criminis sit detinendus in carcere.
12 Nobili reo crimins pœt assignari pro carcere,totum palatium, ro-
ta item ciuitas.et Potestate.et nu.13.
Limita num.14.
15 Nobiles non subduntur quæstionibus plebeiorum.
Fallit in Gallia.nu.16.
18 Pœnæ quādo grauior infligatur cōstitutis ī dignitate,quā priuatis.
19 Cronen quando dignitate augeatur,et quot, quibusue de causis. et
21 Proditurus etiam nobilis, insignia deleuda. (nu.20.
22 Metij Suffetij Albanorum principis proditio, et grauissimum ab id
eodem supplicium illatum.
23 Falsitas, proditioni proxima,à nobilitate maximè abhorret. quāq;
in eam impingunt,grauissimè plectendi.
24 Leges XII.tabular. Vt falsarium pumerint.
25 Nobilis errans in fide grauius puniendus quam ignobilis.
26 Nobilis cōtinēs Principis mādatū.grauius punitur,quàm ignobilis.
27 Nobiles in criminalibus mitius puniuntur quàm ignobiles.
28 Pœna imponenda delinquenti est ea,quæ magis timetur.
29 Pœnam corporalem,uel minimā,esse grauiorem qualibet pœna pe-
cuniaria,uel maximā,quomodo sit accipiendum.
30 Nobilis quòd mitius puniatur,quàm ignobilis,non uendicat sibi lo-
cum in pœnis relatiuis.
31 Nobilis,si mandet pauperi ut delinquat,uel pauperi delinquenti au

xlium ferat, eadem pœna ferietur atque ignobilis mandatarius.
Et quid si ignoret mandatarij qualitatem? n. 32.
33 Contumacia facit, ut nobilis mitius agatur cum nobili delinquente, quàm cum plebeio.
34 Nobilis, et ignobilis in quibusnam eadem pœna teneantur, et n. 35.
36 Statuta pœnitentia leuius nobilem delinquentem, quàm plebeium, quomodo sint accipienda.
37 Nobilis grauius punitur in foro pœnitentiæ, quàm ignobilis.
38 Nobilium peccata, et in dignitate constitutorum, traluntur in exemplum ab inferioribus.
39 Princeps qualis fuerit in Republ. tales ciues.
40 Nobilem nõ puniẽdum, nisi consulto Principe quomodo sit accipiẽdũ.

1 TRIGESIMOPRIMO, Propter dignitatẽ natales, & maiorũ nobilitatẽ, cũ delinquẽte agitur mitius, sed antequã progrediamur, dicere uoluimus nos hic bonã huius causæ partẽ mutuari ex nostris Commẽtarijs De nobilitate, c. 20. quod libẽter omisissemus, eũ locũ designare cõtẽti. sed ne id faceremus, suasit primùm, quòd ea res priuatim, & peculiariter ad hũc nostrũ tractatũ pertinet, mox', quòd illud Nobilitatis opus ingentis molis est, & nõ modici precii, ut nõ omnibus per facultates emere liceat, hoc uerò multò minoris pretii, ut facilè pauperrimus quisq; emere possit. Itẽ, ut nõ pauca hic illis adiciamus. Deniq;, ut satisfaciã uetere illi prouerbio, Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλὸν, bis, & ter quod pulchrũ est. à Platone in Phlebo, & in Gorgia, & in li. 6. de Legibus usurpatũ. Id igitur quòd diximus ĩ prin. huius causæ, probat. l. sacrilegii per. in prin. ibi. Pro qualitate personæ, & iterũ in §. 1. ibi, Aut si honestiore loco natus ff. ad leg. Iul. pecu. & l. Pedius, ibi, si sordidiores erũt. & iterũ l. ult. ibi, si humiliore loco. ff. de. incẽ. rui. nau. & in l. annonã. §. pœna aũt. ibi, Humiliores ad opus publicũ dati. & l. ult. ff. de sepul. uio. & l. 1. §. quanquam. ff. de ambig. et l. 1. in fi. ff. de furib. balne. et l. 1. §. expilatores, et iterũ. §. ult ff. de effract. et l. stellionatus. §. solẽt. et §. pœ. ff. de cri. stellio. et l. 2. ff. de term. mot. ubi Bart. qui eam legem priorem legit, dicit pœnam fustium

fustium, & uerberũ à nobilibus esse alienũ. & l. 1. §. ult. iterũq; l. 3. §. legis, rursumq; l. pe. ff. ad leg. Corne. de sica. & l. in seruorum in prin. ff. de pœnis. ubi serui. & humiliores in hoc æquiparãtur. & l. moris. §. sed. n. & rursum. l. capitaliũ. §. nõ omne. &. §. & uenerarij. eo. ti. & l. 1. 3. §. pœna militum. &. §. is qui ad hostes. ff. de re mili. & l. 1. & l. uetera nos. ff. de priuileg. veter. d. l. 3. tutores ff. de suspec. tut. & l. nemo. C. de sum tri. & fid. cath. & l. Atriani. & l. quicũq; ver. sin uerò ignorãte & ibi Rapha. Fulgo. C. de hæreti. & l. ult. & ibi Saly. C. de pac. & l. 1. C. de aduo. diuer. iudi. & l. 2. & ibi Saly. C. ut nemo priua. & l. ne cui. C. locat. & l. seruos. & ibi gl. C. de ui pub. & l. 1. & ibi gl. ĩ verb. mediocris. & l. milites. & l. diuo, & utrobiq; Sal. C. de qõ. l. 1. C. ut nemo ad suũ patri. lib. 11. & §. 1. & ibi gl. in uerbo. uiles. in authẽ. de inc. nup. & c. pastoralis. ĩ fi. prin. ibi, Dignitati deferatur, & pſonæ de off. deleg. & c. vlt. ibi, uolẽtes tñ nobilitati parcere Comitis, & ibi gl. in uerbo, nobilitati. Hosti. Ant. in 2. no. Per. Anch. & Pan. de pœnis. & c. qui cõtrà. ubi est tex. in id expressissimus, & ibi gl. 24. q. 1. & c. cõtra. & ibi gl. 26. q. 5. & facit ẽt. c. 1. vers. qui uerò. de usur. li. 6. et c. eũ beatus. & ibi gl. in uerbo, grauioribus. 45. dist. et c. le. multorũ, et ibi gl. in uerbo, inferiores, et ibi Cardi. Alex. in 9. no. de hæret. Et præterea uoluit gl. in l. aut damnum. §. in ministeriũ, in uerbo, fœminę. ff. de pœnis. et in c. ult. in gl. ult. in prin. de trãsac. et in. c. cũ quidã, et ibi alii. de iureiur. Alber. in. l. illicitas. §. qui uniuersas. in fi. ff. de offic. præsid. ubi dicit, quòd plerũq; nobiles solẽt deportari, ubi ignobiles decapitarẽtur. Saly. ĩ l. et si seruior. col. 1. nu. 3. C. ex qui. cau. infa. irro. latè Cæpol. in 5. q. et in 6. priuilegio nobilitatis, et pleriq; oẽs ubique.

2 † Et hæc quidẽ adeò procedũt, ut si pœnalis cõstitutio ex presse dicat, nullã misericordiã ex quopiã delicto delinquẽtes cõsecuturũ, ut ĩ casu. c. 2. de male. tñ ut dicit Host. ibi, in uerbo, misericordia, si is qui ita deliquit, sit nobilis, quẽ nõ decet publicè pœnitẽtiam agere, de qua is tex. loquitur, et paratus ẽ magno precio, siue eleemosynis redimere, audiẽdus est. quod dictũ sequitur, et dic satis æquũ

3 Pan.ibi.i 5.no.† Ex his autē fit,ut cū pœna laquei sit ignominiosissima,uilissimaq; ac fœdissima omnium pœnarū, ut tradit Bal.in rub.de offi.deleg.col.pe.ver.cōtra notoriū,& in l.omnes,& ibi quoq; Io.Pla.C.de delato.lib.10. & Ang.in authē sed nouo iure,ante fi.C de ser.fugiti. Id quod multis antē seculis dixerat Euripides in Helena.

Ασχήμονες μὲν ἀγχόναι μετάρσιοι,
Κἀν τοῖσι δούλοις δυσπρεπὲς νομίζονται. ideſt,
Turpes quidem laquei sublimes,
Et seruis indecorum existimantur.

Et Linius li.2.decadis 5.loquēs de morte Q.Fuluij Flacci,Hic,inquit,fœda morte perijt.Nam(ut postea subdit) serui manē cubiculū ingressi laqueo depēdētē inuenere. Ex quo & id mortis genus informe appellarunt Decretā Canonica a paucis ī hoc animaduersa,in c.scelerator de pœn.di.3.quod de Iudā loquitur,q sese laqueo suspēdere. Quam etiā historiam recēsens Iuuencus ita scribit,(rat.

Informem rapuit ficus de uerrice mortem.

Similiq; modo appellaut Iosephus apud Aegesippū li.3. Informis,ait,lethi laqueum homines inuenerūt,feræ nesciunt.Et ante hos Virgilius lib.12.Aeneid.

Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.

Quo in loco Seruius iforme ideo dicit appellari, quoniā in pōtificalibus libris cautū fuerat, ut qui laqueo uitā finiuisset,isepultus abiiceretur,quòd ea mors eēt infamissima.† Plinius aūt li.14.c.19.scribit in ueteri Romanorū religione nefasſū fuisse liberare diis uino uitis,iuxta quam hois mors laqueo pepēderat. Idē lib.2.c.25.hāc pœnā scitē præpostera uocat, quia ſ.includitur spiritus, cui debet queri exitus. Dicit.n.de terra loquēs,Quin & uenena nostri miserta instituisse credi pōt,ne laquei torqueret pœna præpostera,īcluſo spiritu,cui quæreretur exitus. Quē secutus Sext.Aurel.Victor,Maxim.ait,Herculeus ā Constātino apud Mattiliā obsessus,deinde captus pœnas mortis genere ppostero fractis laqueo ceruicibus,luit. Et hīc sane pœna ueluti grauissima & infamissimā iussit Deꝰ O.M.q;busdā idolatris sacerdotibus ifligi,Num.c.25.Atq; et Iosue

Iosue iudex princepsve Iudæorū hac pœna, ut atrociſſima plurimos reges Ethnicos affecit,Iosue.7.ite rūq; 10.

5 † Leges aūt nostræ suspendiosos (ita uocant eos,qui eam pœnam passi sunt)lugeri uetant.l. liberorū.§.non solēt. de his qui no.infa. Alibi aūt in illis scribitur,uiles & abiectos,& infimæ sortis hoīes eo genere mortis affici solere,non etiā Decuriones,aliosq; honestiores.l. mortis.§. sed etia.ff.de pœnis.Proindeq; dicit glo.in l.3.§.1.in verbo,torquētur.ff.de iure mil. milites ex quo delicto plebei suspenduntur,nō eo genere mortis plecti,sed, ut dimiosa affici.Ita.n.uoluerūt ibi Bar.& Alex.in addi. illius,qui & id trahit ad nobiles,& alios id genus honestiores,& idē Bar.in l.capitaliū.§.serui.ff de pœnis.Bal.in l. data,statim post prin.C.qui accu.nō pos.& in.d.c.1.§.si rusticus,in fi.& ibi Marti.Laud.ēt in fi.& Card.Alex. & Matth.Afflic.col.2.tit.de pac.tenē.idē Bal.in.d.c.cū quidam,in fi.& ibi ēt Panor.col.ult.& Fely.col.3.ver.tertia declaratio,de iureiur.ipse Bal.cōsil.426.præmittēdū est, in prin.li.1.& ipse quoq; Panor.in.d.c.pastoralis,ī prin. in 6.no.de offi.dele.Luc.pen.in.l.quāuis,col.2.C.de decur.li.10.& in.l.1.col.6.in uerbo,de generis C.de deser. lib.12.Io.Pla.in.l.oēs iudices,post prin.de dignit.eo.lib. 12.Rom in repet.l.si uerò.§.de uiro.in 4.fal.ver.2.ff.sol. mat.Io.Ana.in.c.ult.de collu.deteg.Cepol.cōsi.cau.cri. 40.Lucius,col.3.uer.& idē ubi dicit no.Barb.in proœm. Cle.in uerbo,salutē,col.13.ver.28.Lud.Bol.cōsi.37.nobilis quidā,col.antepe.ubi dicit d.gl.ad hoc sing.Philip. Decī.in.c.at si clerici,in 7.no.de iud.ubi ita dicit se consuluisse,uti fecit cōsi.65.statuto cauetur col.ult.† Quan

6 quam scio id genus mortis nō atrox atq; ignominiosum existimari quibusdam populis,ut de Gallis scribit Bar.in d.l.3.§.1.ff.de re mil.ubi dicit eam pœnam non adeo infamem esse in Gallia,ut in Italia. Quilibet etiam nobilis suspenditur apud Gallos,& quod & repetit,& dicit not. Cepol.in dicto consil.40.col.4.uersic.& hoc quantum ad torturam. Nescio autem an temporibus eorum id

apud nos obſeruabantur,nunc autem uideo aliter fieri, niſi ſi nobiles,aut in dignitate cõſtitui cria quæpiã ſordi da cõmiſeriut. Illud aũt ſcio apud plurimos Germanorũ eam mortẽ olim non fuiſſe deformem hãbitã, ut qui mo rientiũ propinquorum gulã laqueo frangerẽt. ut memo riæ prodidit Bardeſanes in dialogo de fato,&eius authe ritate. Euſeb. Cæſarien. de præparatione euangelica lib 6. c. 8. Tibareni quoq; ſuos impenſe dilexerunt, ſenes & ſpendebant in patibulis. ut retulit D. Hierony. in Ioan. libro. 2. Id quod ẽt Perſis facere tradit Sextus Empiri cus, Sed,& apud Erulos Dannubii accolas uxor defuncti ſi nõ multò poſt uiri ſepulchrũ laqueo uitã finiuiſſet, per petuę ignorãtiæ nota inurebatur, ut Procopius teſtis eſt. Aelianus aũt lib. 13. de uaria hiſtoria cap. 36. tradit quòd cùm Olympias miſiſſet Eurydicæ Philippi,& cuiuſpiam Illyridis filiæ cicutã. laqueum,& enſem,ut mortis genus
7 delegeret,illa laqueũ delegit. † Nec omittemus uetuſto more Romanorũ nefas fuiſſe,virgines ſtrãgulare, ut ſcribit ipſe Sueton. in eodẽ Tiberio, quẽ refert ob id ipſum puellas quaſdã carnifici uitandas dediſſe,deinde ſtrãgulandas. Lege aũt Moſaica maledictus à Deo qui pẽdebat in ligno,ut ſcribitur Deutero. c. 21. in fi. &repetitur in ſi uerò. §. tanquã. de pœn. diſt. 2. De qua re loquens Alexander Ales ſummæ authoritatis Theologus, in 3. parte Summæ. q. 47. c. ſcribit, in lege Moſaica quatuor tantum mortis genera fuiſſe ſtatuta, uidelicet, Lapidationẽ, Cremationẽ, Decapitationẽ, Suſpenſionẽ. Cuius rei rõnem reddens, ſubnectit quatuor eſſe potiſſimũ, quæ ſolent pœnis timeri. ſ. Diuturnitatẽ, Acerbitatẽ, & eam quã habet Irremediabilitatẽ, & Ignominiã. At diuturnitatẽ eſſe in lapidatione, Acerbitatẽ in crematione, Irremediabilitatem in decapitatione, Ignominiã uerò, ſiue utilitatẽ in ſuſpenſione, quod, ut ſubdit, ignominioſiſſimũ eſt mortis genus. Vnde illud profectũ autumat quod nuper addu mus. Maledictus homo &c. Vt non mirũ ſit, quod ſcribit Sueto. in Tiberio, cap. 53. quòd cum ipſe Tiberius Agrippinã nurum crudeliſſimè, aliter tñ, quàm laqueo interemerat,

merat, pro tali clementia interponi decretũ paſſus eſt, quo ſibi gratiæ agerentur, quod & retulit Tacitus hiſtoriæ Auguſtæ lib. 5. Cæterum lex illa horrẽdi criminis in perduelliones arborẽ, qua quis ſuſpendebatur, in fœlicẽ uocabatur. lib. 1. Infœlici, inquit, arbori teſte ſuſpendito
8 teſtis. Liui. 1. Decad. † At mirum eſt quòd de ſuperſtitionibus hmõi ſuſpendioſorum à bonis authoribus ſcriptũ eſt, quod nos obiter memorare uoluimus, præſertim cp nonnihil ad huiuſmodi miſerabile, ac ueluti prodigioſum monſtroſumq; uitè ſupplicium pertinet, ſcilicet peritiſſimos artis magicæ multa ex carnibus, oſſibusq; horum ſuſpendioſorum ad rem ipſam magicam pertinentia conficere ſolitos, eaq; in magicis ueneficiis medicatiſſima exiſtimare. Quod eſt teſtatur Lucanus lib. 6. Pharſaliæ, de Erithone Magices conſultiſſima tradit.

–Laqueum modosq; nocentes
Ore ſuo rupit, pendentia corpora carpſit,
Abraſitq; cruces, percuſſaq; uiſcera nimbis.
Vulſit, & incoctas admiſſo ſole medullas, &c.

Et Apuleius Madaurenſis, & ipſe magicæ deditiſſimus, cum de ferali officina Pamphiles Theſſalicæ mulieris, in ea arte inſtructiſſimæ loqueretur, lib. 3. Metamorph. Hic, ait, nares, & digiti, ille carnoſi claui pendentiũ, &c. Cæterum, Plin. lib. 18. c. 1. ſcribit Antheum ex caluaria ſuſpendioſi interẽpti catapotia feciſſe, contra rabidi canis morſum. Et cap. eiuſdẽ lib. tradit laqueum ſuſpẽdioſi cir
9 cundatum temporibus, dolorẽ capitis ſedare. † Sed hæc ueluti ſuperſtitioſa, & omnimodo ridicula miſſa faciamus, & ad præcipuũ noſtri inſtituti propoſitũ redeamus. Ex his quæ ſupra diximus, ſatis cõſtat ex noſtris legibus, earumq; interpretũ opinionibus, mitius in pœnis agendum eſſe cũ nobilibus, ut & aliis perſonis honeſtioribus, & in dignitate conſtitutis, quàm cum ignobilibus & aliis perſonis uilioribus. Quod & aliorũ authoritate probare poſſumus. Nam Quintil. oratorũ ſumus, lib. 6. inſtõnum ora. c. 1. de concluſione diſſerens, Periclitantem inquit, commendat dignitas & ſtudia fortia, & ſuſceptæ in bel-

lo

lo cicatrices, & nobilitas, & merita maiorum. Idem lib. 7. quo loco de qualitate loquitur, scribit ad pœnarũ deprecationẽ prodesse nobilitatẽ, dignitatẽ, propinquos, comites. Tullius quoq; ante illum, lib. 2. Rhetor. de deprecatione loquens, Hæc, ait, ignoscendi ratio quæretur ex his locis, plura aut maiora officia, quàm maleficia uidebuntur cõstare, si qua uirtus, aut nobilitas erit in eo, qui supplicabit. Idẽ in defensione Lucii Flacci, maiorũ & generis honores, imperiũ, & rerum gestarũ gloriam nõ prætermisit. Ob idq; in eo ẽt si quid errasset, ut ille inqt, oẽs boni conuiuendũ esse arbitrarentur. Idem quoq; in defensione Aemilii Scauri, meritorũ, nobilitatisq; maiorũ cõmẽdatione maximè usus est, ut tradit ipse Quintil. in eo loco, quẽ primùm citauimus, sed eius oratio nõ extat. At Valer. Maxi. lib. 8. c. 1. rẽ ipsam refert, scribitq; Scaurum ipsum, cuius salus obruebatur criminibus, tamẽ propter uetustissimã nobilitatem, & recentẽ patris memoriã absolutum fuisse. Apud Liu. 1. Decad lib. 4. familia Claudia requirit populũ, ut Appius Claudius Decẽuir, qui reus erat, Claudiorũ nobilitati cõdonetur. Sed & apud Sueto. in Augusto, c. 5. C. Lectorius adolescẽs patricii generis, in deprecanda grauiore pœna adulterii, natales inter cætera allegat. Et huc quoq; appositissimè referri põt illud Euripidis apud Stobæum, Sermone 84.

Φειδώμεθ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν, σεβώμεθα,
Κακοὺς δ' ἀποπτύωμεν, ὥσπερ ἄξιοι.

Id est,

Parcamus uiris nobilibus, parcamus,
Malos autem respuamus ut digni sunt.

Sed ut redeamus ad Tullium, facit ad hoc caput quod is scribit in 2. oratione de lege Agraria, Quemadmodũ inquit, cum petebam, nulli me uobis authores generis mei commendabant, sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à uobis deprecentur. † Sed & huc pertinet, quòd nobiles rei criminis non detinentur in carceribus, ut tradit Lucas pẽ. quibusdam iuribus suffultus, in l. mulieres, col. 5. uer. octauo. C. de dignit. li. 12. Et si quando ex criminis qualitate ĩ uinculis cãm dicere debet, nõ adeò strictè detinendus est, ut probatur in c. quisquis, & ibi Arch. 2. q. 8. super quo uide ipsum Luc. pẽ. ĩ l. quoties co. 2. uersi. itẽ no. secũdũ C. eo. ti. de dignita. Sed ita, ut nõ prætermittẽdũ sit, quod apud Liuiũ, 1. Deca. li. 3. C. Claudius quæritur uirũ honoratissimæ imaginis, uidelicet Appiũ Claudiũ, in uincula fuisse cõiectũ. Ex quo quoq; patuit pòst Quintus Cincinnatus pronũtiauit, Agite, ubi huc curiã circũsederitis, & forũ infestũ feceritis, & carcerem
11 principibus ampleueritis, &c. † Hinc q; Bal. ĩ l. 2. col. 2. uer. aut pœna ẽ. C. de exhi. reis. Dũ quæritur, ait, an qs reus criminis sit detinẽdus in carcere, & qũ, & qualiter? Si nõ dum, inquit, sit cõuictus, aut cõfessus, si est uilis persona, debet mitti in carcerẽ, sin nobilis, debet honestè in palatio detineri. atque ita iudex arbitrabitur, per l. 1. ff. de cu sto. reor. Quod & idẽ ipsum propemodũ scripserat Cy. ĩ d. l. 2. in 4. no. Ex quo facile intelliges nobilem non adeo esse strictè detinendũ. In quam etiam sniam Franc. Are. in l. si quis post accusationẽ, col. vlti. ff. de testam. tradit honestam personam rõne ofsicii, uel dignitatis nõ prius debere trudi in carcerem, quã fuerit cõuictus; per l. filio exhæredato, §. eius qui agitur, ff. de iniust. testamẽ. & per
12 legem vltimã, circa med. C. de accusa. † Quibus etiam ad stipulatur, quo ab Angelo proditum est, in l. pe. ff. quod metus caus. quòd potestas non solũ potest alsignare nobili totum palatium pro carcere, sed & totã ciuitatẽ, atq; ita faciens satisfacit statuto disponẽti, quòd accusatus de delicto debeat poni in carceribus, quod ipsum refert, & sequitur Franc. Cur. senior. in repet. l. admonendi. & ibi quoque Iaso. ẽt in repe. nu. 174. ff. de iureiu. & ipse Iaso. in l. si pecuniam, §. ult. in fin. ff. de cõdic. ob caus. vbi id dicit singu. & diligenter esse notandum, & Catell. Cota in
13 memor. incip. carceres uariantur. † Propterea idem Angel. in l. si à bonæ fidei, ff. de rei uendi. per eum rectum dicit se excusauisse in syndicatu quendam potestatem, qui nobili uiro quem Aritiani Bononiæ ei custodiendũ tradiderant, palatium pro carcere alsignauerat; à quo

is nobi-

is nobilis aufugerat, quod dictũ multũ cõmẽdat Barb. in ca. accedẽs, nu. 2. co. 2. ut lit. non conte. & in c. 1. col. 4. de cõmod. & in extraua. uolẽtes, in uerbo, nobilis, & cõ. 62. illud in mediũ, col. 4. lib. 1. & alibi sæpe. Frãc. Cur. senior qui id dicit mirabile. in d. l. admonendi, & ibi ẽt. Ias. locis suprà designatis, ẽt præterea ipse Ias. nu. 182. & ĩ d. l. si pecuniã. §. ult. & in authẽ, iubemus, col. ulti. C. de iudi. & Fely. in c. cũ cõtingat, col. 3. uersi. prima cõclusio. de reseri. Catel. Cotta in memo. nobilitas. Alciat. in trac. de præsump. 48. nu. 2. Hip. Marsl. l. 1. §. ad qõnẽ. co. 4. uer. & facit not. ff. de qõ. Io. Lup. in rep. rub. de dona. inter ui. & uxo. §. 9. col. 3. nu. 14. Pe. Geral. qui id sing. dicit sing. 30. incer-

14 pro nobilibus. † Quæ tamẽ intelligẽda sunt, nisi is nobilis semel aufugerit a palatio, quod illi fuerat loco carceris assignatũ. Nã debet postea in uinculis, & carcere detineri, nec debet cum fideiussoribus relaxari. per glo. no. quã sequuntur bal. & Ro. qui illã dicit notatu dignam, in lege Cornelia, in uerbo, ex uinculis, ff. de Senatusco. Syllania. Sequitur itẽ ipse Alex. ĩ d. l. si pecuniã. § sed si acceperit, qui est ult. col. 2. uersi. limitat tamẽ, ff. de condic. ob cau. vbi id declarat, & in addi. Bar. in l. 1 ff. de custo. reo. ubi id Iam dicit sing. & Ange. Are. in trac. malef. in verbo, fama publica, col. 32. in paruis, uersi. 4. notandũ est, ubi ẽt illam dicit sing. Frãc. Cur. Senior in repe. d. l. admonẽdi, co. 4. uersi. Quod limito. ff. de iureiur. & Barb. qui illã quoq; sicit sing. in cap. nullus de præsump. & consi. 76. incip. Superiẽter scribitur, co. 4. & Io. Lup. qui in hoc casu notatim loquitur, in d. rub. de donat. inter uir. & uxo. §. 9. col. vlt. uersi. intellige tamen prædicta. Et bene facit quod uolẽs

15 Bal. in l. nemo. in fi. per illum tex. C. de epi. audi. † Sed ad hoc quoque caput spectat, quòd nobiles non subijciuntur qõnibus plebeiorum, ut dicit Io Ray. in trac. nobilitatis, in 7. q. post princi. per text. in d. l. desertorem, §. 1. ff. de re militari, & l. milites, & l. diuo. C. de quæstio. & l. seueram. C. de digni. lib. 12. ubi scribitur seuerã indagationẽ (aut, ut alii legunt, indagationẽ, quod mihi magis placet) per tormẽta quærenti a clarissimo homine sub-

mouemus. Sed hmõi tex. non de oĩbus passim nobilibus loquũtur, sed de certis quibusdã, ut ẽt expẽdit Luc. Penin d. l. mulieres, col. 3. uersi. 13. priuilegiati sunt. C. de dignit. lib. 12. Sed est text. omnium optimus pro omnibus nobilibus, ut s. nõ torqueatur inscio principe, in l. nullus. inverbis, generis, aut dignitatis, C. ad leg. Iul. maie. ubi tamẽ excipitur crimẽ læsæ maiestatis, Nisi & illum tex. interpreteris secundũ alia iura nõ generaliter loquẽtia. Et

16 faciunt, quæ scribit Barb. consi. 47. scribitur præclare, co. 12. nu. 15. & 16. † Hoc tamẽ nõ obseruatur in regno Frãciæ, ubi oẽs nullo dignitatis, nobilitatisve discrimine, qõni, subiiciuntur, si res exigerit, ut in Comite declaratum fuisse arresto retulit Aufrerius in 4. parte eius operis, cui titulus est, Stylus parlamẽti, c. 9. Tametsi qõnes olim nõ nisi seruis, non ẽt liberis, ut plurimũ adhibebantur, ut satis uidere est ex titu. ff. de quæst. Nã. ut scribitur in §. vlti. in authen. ut nulli iudi. grauior est ipsa tortura, quàm vltriusq; manus abscissio, ut non leuiter ea dada sit liberis hoĩbus præsertim nobilibus. Sed eò res progressa est, ut indiscriminatim oĩbus, & in oĩbus criminibus adhibeatur. Nam & licet Decuriones ex iure cõt non retorqueã

17 luerit, col. 2. nu. 14. de tit. de cap. qui curi vendi. † Ex quibus clare liquet in criminalibus mitius agendum esse cũ nobilibus, & in dignitate constitutis. Sed id tamen multis modis intelligendum est, primò, nisi nobilitas, aut dignitas augeat delictum, quod plerunque facit d. l. quædã delicta, & ibi Bar. & Alberi. de pœnis, & in l. 2. & l. omne delictum, §. augetur, ff. de re milit. & cap. homo, & ibi gl. 40. dist. & c. quia sanctitas, 50. dist. & nullus itaque. & ibi glo. 1. quæstio. 1. & ca. nulli. 25. q. 1. & cap. ulti. 30. quæst. 1. & cap. 1. de cleri. vena. & ca. excõicamus, §. credentes, uersi. si uerò clericus, & ibi gl. in uerbo, exerceatur, quæ concor. citat, de hæret. c. inter corporalia, uersi. sanè quo niam de transla. episc. ubi gl. in hanc sententiam allegat illud Iuuenalis, nomine tamen authoris tacito.

Omne

Omne animi uitium tanto conspectius in se
Crimen habet,quantò qui peccat,maior habetur.

Quod ẽt citat Fely.in c.mulieres,col.3. de senten.excõ. Et facit etiã quod uoluit glo.in c. hi qui.15.q. ulti.cũ si-
18 †Tunc.n.cũ.l.nobilitas,uel dignitas aut delictũ,ut pœna delicto respõdeat,iuxta tex.in d.l.quædã & c.nõ afferamus.24.q.1.grauius puniũtur cõstituti ĩ dignitate, sicuti grauius peccant.d.l.quædã,& ibi Bar. Alberi. & alii,ff.de pœnis,& d.l.3.§.is qui ad hostes ff.de re milĩ. & l.presbyteri. C.de epi.& cler.quæ,& reperitur in §.presbyteri 5. q.vlti.ubi multò magis pœna digni sunt, quibus cũ plurimũ honoris per nostrã iussionẽ delatũ ẽ si in occulto crimine inueniatur,& l.oẽs.& ibi bal.C.de Decurio.lib.10. & l.1.in fi.C.de conduc.& procur.li.11.cùm dicitur,grauior.n.pœna cõstituẽda est ĩ hos,& ibi Luc.Pen. & l.per id tẽpus,& ibi quoq; idẽ Luc.Pen.C.de decur. lib.12.& c.cũ quidã.de iureiur. & c.1.& ibi glo.Io. And. & alii de cler.vena.& d.§.credẽtes,& d.c.quia sanctitas,& c.nulli.& ibi glo.19.di.& c.præcipuæ.11.q.3.& c.vlt.30.q.1. glo.& bal.in d.§.si rusticus,glo.in c.2.in verbo,facendo tali,de offi.dele.lib.6.Iaco.Are.Dy.Cy.Bal.& Saly.ĩ d. l.nemo.C.de sum.trĩ.& Iac.bel.& bal.in d.§.si quis uerò ausu.Io.Plat.in l.vlt.per illũ tex.C.de fabr.li.12.Ce pol.d.con.40.col.4.uersũ.tñ ista regula. Et huc pertinet illud Thucidydis li.6. Neq; hoc minùs uestra refert, quò maiores cæteris estis,eo maiori,si labemini;eritis pe-
19 narũ magnitudine digni.† Tũ aũt dicitur crimẽ agere dignitate,cũ in his peccamus,quæ dignitatẽ nostrã cõcernũt,atq; illius administrationẽ,uel in his,propter quæ dignitatem,vel honorẽ sumus cõsecuti, uel cũ delictũ cedit in dedecus,& cõtumeliã ipsius dignitatis,ut patet ex iuribus citatis in duobus præced.uersũ. Et ita uoluerũt fermè oẽs,quos supra citauimus, & prætereà Bar.in d.l. quædã.& Alex.in d.l.2. paulò ante fi. C.ut nemo priua. Vel etiã qñ delinquimus prætextu, colore,& uelamẽto dignitatis secũdũ Ray.& Saly.in d.l.presbyteri, per tex. ibi in illis verbis,quòd nihil mutuant.C.de episc.& cler.

20 Diuus

20 †Diuus aũt Tho.1.2.q.73.art.ul.scribit ex quatuor auge ri crimen dignitate,ex quibus supra aliquot tetigimus. Huius uerba hæc,sunt doctiora,quàm elegantiora. Primum propter specialẽ repugnantiã actus peccati aut magnitudinem: uelut si Princeps iustitiã uiolet,qui ponitur iustitiæ custos. & si sacerdos fornicetur, qui castitatẽ uouit.de quo ultimo exẽplo,uide gl.in c.qui uiderit.32.q.5. Item propter exẽplum siue scandalũ,quia,ut Greg.ait in Pastorali,In exemplũ culpa uehementer extenditur, quãdo pro reuerẽtia gradus peccator honoratur. Ad plurium aũt notitiam ueniũt peccata magnorũ, & magis homines indignè ferunt. Tertiò propter ingratitudinẽ:quia omne bonũ,quo quis magnificatur,est Dei beneficiũ,cũ homo sit ingratus peccando:& quantũ ad hoc, quælibet maioritas,ẽt in tẽporalibus bonis.peccatũ aggrauat, secundũ illud Sapiẽ.6. Potẽtes potẽter tormẽta patiamur. Quartò,quia faciliùs pñt resistere peccato maiores, ut qui excedũt scientia & uirtute. Vnde dicit do. Lucæ 12. Seruus sciens uoluntatẽ domini,& non faciens,plagis vapulabit multis. Ex quibus nõnulla huic loco cõueniunt, quædam minimè. sed quisq; quod sibi uidetur accipiet.
21 †Ex his aũt fit,ut cum nihil magis repugnet uere nobilitati,quàm proditio.nã & proditor nobilitatẽ amittit,qđ ex eo constat q̃ nobilitatis insignia illius delenda sunt.l. eos qui.ff.de pœn.quã in id sing.dicit Rom.sing.476.eorum arma.& iterũ sing.669.an arma. & à principis facie arcendus, ut dicit Matthæ.Afflict.in,c.1.col.3.nu.22.titan ille qui interfe.frat.do.citans Bal.ibi,qui tamẽ in vniuersum loquitur. Certè si nobilis adeò suę dignitatis oblitus fuerit,ut in proditionẽ incurrat,non modò pœna ignobiliũ,sed ẽt grauiori puniendus est,testimonio Bal.in d.c.cum quidã,de iureiur.ubi & ex hoc limitat quod suprà diximus,nobilem ex delicto quo ignobilis laqueo suspenditur,decapitari,aut aliàs puniri debere:ut nõ ,peedat,si proditionẽ nobilis cõmiserit,tunc enim altioribus furcis suspendendus est,:ut dicit obseruari in nostro regno Franciæ. Et sequitur Fely.ibi,col.3.ver.tertius est,

& ite-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& iterum uersiculo, quod antem dictũ est, & in d. c. pasto
22 ralis. col. 1. uer. 2. fallit. de offi. deleg. † Et ne hac ĩ re exẽplo careamus, Quis nescit grauissimum atrocissimumq; ne dicam crudelissimum, supplicium Metii Suffetij, Albanorum principis ob proditionem ab eo in Tullum Hostilium regem, & Romanos perpetratam? Is enim admotis duabus quadrigis, in currum earum distẽtus, & deligatus est, deinde equi in diuersum iter cõcitati, lacerum corpus qua inhæserant membra portarunt, ut tradit Liui. 1. Decadis lib. 1. Dionysius Alicarnass. lib. 3. Aluxarchus lib. 3. rerũ Italicarum, & ex eo Plutarchus Paral. ca. 14. Plinius secundus (si is est) in lib. de uiris Illustribus. c. 4. in fi. Gellius lib. 20. c. 1. in fi. Paulus Orosius lib. 2. ca. 5. Ex quo illud Virgilij lib 8. Aeneid.

Non procul inde citæ Metium in diuersa quadrige
Distulerant.

Et ibi quoque Seruius. Et illud etiam Claudiani in bello Gildonico,

Et si non cupidis essem præraptus ab astris,
Exemplum sequerer Tulli, laniandaq; dumis
Impia diuersis aptarem membra quadrigis.

Subdit aũt Liuius ubi suprà, Auertere omnes à tanta feditate spectaculi oculos, primũ ultimũq; supplicium expli parũ memoris legum humanarũ fuit, in alijs gloriari licet nulli gẽtiũ mitiores placuisse pœnas. Verũ, quod obiter dicere uoluimus, id supplicium non primùm in uentre fuit à Romanis. Nã Hercules Pyrechmen Euboæ regẽ se uictũ simili supplicio affecit, ut ex libro De fluminibus
23 tertio prodidit Plutarchus Paral. cap. 13. † Et cum ét fallsitas sit admodum aliena à nobilitate, nã & hæc est proditioni affinis & cognata, ideo si nobilis crimen falsi commiserit, grauius quoq; puniendus est. ut scribit Alberic. d. l. quædam. ff. de pœnis, & Matthæ. Affl. deci. Neapo. 404. eademq; ult. fuit per illustrem. col. penult. ver. nec a leuiat, allegãs in idẽ gl. in c. singul. 89. dist. ubi tñ nulla est gl. quæ id dicat; quæ ve de ea re loquatur, nisi mẽdũ sit in meo codice. Sed in id facit bonus text. in l. presbyteri C

de epi. & cle. loquens de crĩe Falsi. ubi ita scribit, Multò magis etenim pœna digni sunt, quibus cũ plurimũ honoris per nostrã iussionẽ delatũ est, occulto inueniuntur in crie. & alius tex. in l. si quis Decuriò. C. de falsis. ubi ĩ crimẽ falsi Decurio quæstioni subiicitur, licet alias minires. col. 5. ver. ult. not. C. de digni. lib. 12. scribit nobilitatẽ amitti per periuriũ & falsũ testimoniũ. Quod & ipsũ uoluit Matthæ. Affl. in c. ul. ti. quib. mod. feud. amit. & d. deci. Neap. ult. & Maria. Soci. iunior. cõsi. 39. perspectis his, nũ. 41. li. 2. At Cy. in l. trãsigere. col. 3. ver. quidam moderniores. C. de trãsact. dicit, hominẽ ad nihilũ redigi per falsitatẽ, ut qui semper posthac sine fide sit, nec ei unquam
24 credatur. Hæc n. illũ lucrifacere, ut nunquã posteà ei creditur ut Aristoteles de mẽdace dicebat. † Adeò aũtẽ id crimẽ leges xii. tabularũ exhoruerũt, ut qui id cõmisissent, è saxo Tarpeio deiici iuberẽt, ut uidere licet ex Gellio li. 10. c. 1. Tametsi ea pœna adeo nostris Iurisconsultis cruciabilis, atq; inhumana uisa est, ut eã omnino aboleuerint. l. si diutino. in fi. ff. de pœnis. Polybius aũtẽ lib. 6. tradit eos qui crimẽ cõmisissent, fustibus, & lapidibus obrui solitos. E nostris, Bart. in l. Lucius. in fi. ff. ad SC. Turpil. scribit statuta de prælaxãdis carceraris, nõ pro rogari ad crimẽ falsi. Sed & barb. in tract. de præstan. Cardi. q. 9. 1. partis co. 2. tradit, id priuilegiũ, qđ nõnulli tribuũt Cardinalib⁹ præstãdi immunitatẽ scelerat⁹ eius occurrẽtib. de quo per bar. & Saly. ĩ l. addictos. C. de appel. nõ recip. & de hoc quoq; dicemus infra in cau 55. nõ habere locũ in reis criminis falsi. Quæ omnino ét approbat Marc. Mãt. Apophth. 15. incip. occurrit. Quin Io. Ana. in rub. de crimine falsi. dicit id crimẽ tam abominabile, quã aliud nullũ. Et ang. in §. minorẽ. in authẽ. de nupt. scribit id esse detestabilius homicidio, & ueneficio, quæ sequitur Matthæ. Afflic. d. deci. ul. & Maria. Soci. Iunior. d. cõsi. 39. co. 2. nu. 1. lib. 2. Adeo quoq; id crimẽ atrox exiſtimat Hipp. Marsingul. 163. incip. crimen falli, & in practica crimi. §. attin gam. col. 2. §. cõsi. 105. itẽ ultra prædict. col. 2. ut propter

id liceat leges transgredi ex sententia Inno.in c.1.de cõst.
25 †Hinc ité fit,ut nobilis errãs ĩ fide,plus puniẽdus sit,quã ignobilis,aut certè æquẽ,& secundũ formã iuris, ex sua Archi.in d.c.qui cõtra.21.q.1.& Ely.in d.c.pasto.co.2. uer.6.fallit,& in d.c.cũ quidã.col.3.uer.5.est de iureiur. Nã qs neget nobilẽ,q Deo suã nobilitate debet,si in fide & religione ipsius D.O.M. errauerit,multò magis in eũ peccare,quã ignobilẽ?quanquã id alio referri potest, ut
26 dicã posteà.† Sed & ex eo quoq; illud fit, ut nobilis cõtẽ nens uel transgrediẽs mandatum principis, grauius puniatur,quã ignobilis, ut magna authoritate affirmat Bal. in c.1.§.si quis uerò ausu. per illum tex. tit. de pace iurfirman.et nuncupatim sequitur ibi Matth. Affl. qui cum. §.1.egit cum prin.col.pe.in 10.no.et id dicit not.et Fel.in illis duobus locis,s.in d.c.pastoralis col.2.uer.4.fallit,et
27 in d.c.cũ quidam.col.2.uer.secundus est. † Secundo intelligẽ,ut nobiles in pœnis criminalibus mitiùs puniãtur, at in pecuniarijs magis puniantur, cæteris quidem paribus.l.properãdũ.§.fin autẽ utrinq;.& ibi Bart.& alij, C. de iudi.& d.§.si quis uerò ausu,& ibi gl.in uerbo, cetum Bal.Card.Alex.& Matth.Affl.ti.de pac.iura.fir.glo.in c 1.§.si rusticus uersi.similes rusticũ, in uerbo, aut diuino in fi.& ibi Bal.Aluaro.& Cardi.Alex.titu.de pace tenenda.gl.et omnes in d.c.cũ quidam.de iureiur.gl.in ca.non cogãtur.41.dist.et in d.c.qui cõtra.24.q.1.Odof.Cy.Albe.nal.et alij in d.l.nemo.C.de sum.tri.Host et Io.And. ĩ c.ea quæ.de stat.mo.Albe.Gãd.ĩ tract.mal.ti.de pœnis reor.co.31.ĩ paruis,ver.itẽ quæro an pari pœn.bar.& alij ĩ d.l.quædã.ff.de pœnis.idẽ Bar.ĩ l.illicitas.§.ult.ff.de off. præsi.& ĩ l.1.col.pe.ver.sequitur ĩ diffinitiõe accept°. C. de digni.li.12. Alb.ĩ d.l.presbyteri,col.1.C.de epis.et cle. Io.Fab.& Ang.are.in §.1.ver.licet aũt,inst.q & ex quib. caus.manu.nõ lic.Sal.ĩ l.seruus.C.ad leg.Iul.de ut pub. Luc.pen ĩ d.l.1.col.vl.C.de cõdu.& procur.li.11.Io.And. ĩ d.c.1.de cle.uena.& ĩ c.vlt.co.4.ver.no.q maior pœna de maled.& in d.c.excõmunicamus.§.credẽtes,col.ult. ad fin.de hæretic.Masuer.tit.de pœnis.§.ad infligendam,

Matthæ.

Matth.Afflict.in c.si rusticus,col.2.uersi.deinde.glo.no.
28 tit. de pace tenen.† Cuius differentiæ ratio in promptu est. Nã affligitur magis nobilis ex parua quapiam pœna corporali,quàm ex magna ignobilis. Ideoq; modica pœna maior in eo censetur,quàm magna in plebeio, & eduerso in pœnis pecuniarijs, vt dicunt propè oẽs quos supra citauimus.Et cũ pœna ob id inter alias multas causas imponatur,ut peccantes emendatiores fiant, & ut metu pœnæ ipsi & cæteri deterreantur, ut latè diximus in legibus cõnubialibus,l.9.nu.224.propterea cũ Plato. Conqueus est igitur,ut ea pœna imponatur, quæ magis timetur.Pœna aũt pecuniaria,nisi magna sit, non admodũ timetur nobilibus, & iis q in dignitate cõstituti sunt,utpote frequẽtet locupletib⁹, ut satis patet ex historia memorãda,quã retulit Phauorin⁹ ex Q. Labeone ĩ libris quos ad xii.tabulas cõscripsit apud Gellĩũ,lib.20. eodẽq; ult. cap.1.Nã cũ illa lex xii.tabularũ hmõi esset, Si iniuria alteri facit 25.æris pœnæ sunto. Neratius quispiã hõ improbus pro delectamento habebat, os hoĩs liberi manus suæ palma uerberare, Eum seruus sequebatur crumenã plenã assium portitans,& quẽcunque depalmauerat,numerari secundum xii.tabulas 25.asses iubebat,propterea hãc legẽ abolescere,& relinqui censuerũt, iniurisq; æstimandis Recuperatores se daturos edixerunt. Accursius aũt noster in l.illicitas,§.ne potẽtiores,ff.de offi.præsid.dicit per eũ tex.in uerbo,lumine unico,ut ipse legit, quod tenuioris fortunæ hoĩes nõ pluris lumẽ, siue oculũ æstimant,quàm porcellũ. quod & annotat Bal.ibi,& ĩ authẽ.nisi breuiores,C.de sen.ex peri.recit.& Cæp.ĩ tra. de seruitu.urb præd.c.34.col.1.& Georg.Nath.in repe. cle.sæpe,col.77.uer.quæ aũt dicat cã breuis,de uerb.sig. Sed ut hoc in transcursu dicã,mendũ est manifestũ in eo tex.& ĩ eo uocabulo,lumine,ex quo Accursius illud sum psit quod diximus,neq; n.lumine, sed limine,pro domo, legi debet,ut scitè tradit Catel.Cot.ĩ memo.incip:Limẽ pro domo,ut ẽt diximus in nostris ll.Cõnubialibus,l.10. nu.27. Sed & huc. Quãquã Bal. & ipse secutus Accursij

uestigiã in authẽ·sed nouo iure,co.ult.uerſi.ſed hæc ſnĩa C.de ſeruis fugi.dum allegat d.§.ne potentiores,in eo le
29 git,lumine,nõ limine.† Cæterũ ad cõfirmationẽ eorum, quæ diximus,Bar.i l.r.§.uit.ff.de pœnis, ſcribit id quod dici ſolet,qualibet pœnã corporalẽ,uel minimã,eſſe grauiorẽ qualibet pœna pecuniaria,uel maxima, non procedere in perſonis utilibus,per l.hoc opere,in fi.ff.de oper. liber. Et certè ſicut nobili maxima pœna ſiue iniuria eſt etiã ſola facti infamia,l.nõ debet,ff.de dol.mal. Ita ignobili quælibet infamia quantũcunq; magna eſt, illi modica, uel nulla pœna, ut probat tex.in l.2.C. ut intra certũ tempus,cuius hæc uerba ſunt. Et ſi perſona uilior fuerit, cuius damnũ famæ non ſit iniuria. Et ita illos tex.expendit Bal.cui nihil,ut reor,ignotum fuit,cõſi.116. quod pe
30 titur poſt prin.lib.3.† Tertiò intelligẽ quod diximus nutius agendũ cum nobili, quã cũ ignobili, non procedere in pœnis relatiuis·uerbi gratia, ſi nobilis accuſet plebeũ, nec probet delictũ, eadẽ oĩno pœna punietur,qua puniri debuiſſet plebeius,ſi delictũ probatũ fuiſſet,ut eſt text.in l.ad Cõmẽtarienſem.C.de cuſto.reo.& ibi glo.Gul.Cu. Bal.in utraque lect.ſ.in 1.lect.col.ulti.uerſi.ulti. formã & in 2.lec.col.1. & etiã Ang.in l.athletas,§. itẽ calũniator.in fi.ff.de his, qui not.infa.idẽ Gul. Cum.in l.2.& ibi quoque Bal.in fi.C.de fid.inſtru. Io.Ana.in c.ſuper his, col.pe.de accuſa.Fely.in d.c.paſtoralis,col.2 uerſi 8.falſit.de offi.deleg. & in d.c.cũ quidam,col.3.uerſi. quarta declaratio.de iureiur. & in ca.cùm dilectus,col.pe.de calumnia,& Laſ.con.144.facti contingentia,ad fi.li.. Quãquam uidetur text.in cõtrarium in l.ab imperatore,ff.de prætiarie.& ibi Bal. Sed tu hic uide Io.Ana.in d.ca.cùm dilectus, col.ulti. uerſic. quæro circa prædicta.de calum.
31 †Quartò cùm nobilis mandauit pauperi, ut delictum cõmittat,uel auxiliatus eſt pauperi delinquẽti. Nã tunc iſte nobilis eadem pœnę punietur, qua pauper mandatarius, uel cui auxiliatus eſt,ut noluit Bar. loquens in caſu diuerſo,cùm.ſ.nobilis mandato plebeii deliquit,in l.uerũ uerſ. & iſtam legem.ff.ad leg.Pompe.de parricid.per tex. ibi

Ex

Ex quo aperte colligitur, inſpici qualitatẽ, quæ in faciẽte eſt, non quæ in mandãte,& idẽ Bar.in l.is qui opẽ.co. ulti.ff.de fur.& in l.qui ſeruo.§.item placuit,eo.tit.& cõ ſi.66.ad declarationẽ, in fi. De quo & tu uide laté bal.in l.non ideo.minus,col.3.in 4.q.C. de accuſa.& Saly.in l. 1.col.8.uerſi.quæro, ſi propter qualitatem,& 2.ſequen. C.de rap.virg.& Ange.in tract.maleſi.in uerbo,dicto ma leficio ſemper aſtitit,col.3.uerſi.quæro qua pena,& mul tis ſequen.& latiſſimè Cæpol.conſ.34.ſi unquam in 2.du bio,& Franc.Aret.in l.ſi ſtipulatus fuero per te,col.2.ff.
32 de uerbo.oblig.† Et in multis ex illis locis poteris intelligere,an & hoc procedat,cùm mandãs, uel auxiliãs ignorat qualitatem mãdatarii,ſiue eius cui opitulatus eſt, de qua quoniam alii quoque id tenent,alii contrarium,uide Ange.in l.1.col.1.C.de Nili agge. non rumpen.& Fely. poſt alios in cap.1. col.6.uerſi tertium membrum,de offic.& pote.iud.deleg. quos tu,ſi opus ſit,uidere poteris,
33 ne hic diutius immorer ad alia properans.† Quinto intellige quod diximus,nobilem aut alium in dignitate conſtitutum mitius eſſe puniendum, niſi forte aliter ſuaſerit fieri nimia contumacia,ut probat tex. ijſdem uerbis uidẽs in cap.2. in fi.de offi.deleg.lib.6. quem ad hoc quod diximus,annotant Ioan.And.& Anto.in cap.ea quæ de ſta tu mona.& Henri.in d.c.cum quidam,& ibi Fely. col.2. uerſi.quartus, Luc. Pen.in d.l.1.col.ulti.C. de conduc. & procur.lib.11.Fely.in d.cap.paſtoralis,colum.2.uerſi. quinto fallit.Matth. Aſſlic.in d.ca.1.col.ulti.nume.98.ti tu.de pace iur.firm. Et hoc uitium frequens eſt in nobilibus, ideoque magis in illis puniendum, ut ſint exemplo
34 cæteris.l.aut facta,§.ulti.ff.de pœnis.† Sextò intellige in pœnis arbitrariis,quæ ſcilicet, quoniam certè non ſunt ex legibus,uel ſtatutis,relictæ ſunt arbitrio iudicis, quas & ideo noſtri diſformes uocant: Secus in pœnis uniformiter,certè,& determinatè,indiſtinctèque & indiſcriminatim impoſitis. tunc enim ea pœna æqualiter puniri debent nobiles,& ignobiles,ſecundum Ia. Bu. Guil. Cu.& Bald.in d.l.nemo. C.de ſacro.eccleſ.Bald.in d.§.ſi ruſti-

cus, ante fi. ritu. de pace iur. fir. Saly. ī l. seruos. C. ad leg. Iul. de ui publi. Lucam Pen. in d. l. ad fi. C. de conduc. & procur. lib. 11. Cæpol d. consi. 40. col 4. uersi. tamen ista
35 regula. † Quod tamen omnimo intelligēdum, nisi iudex ex iusta magna causa censuerit, uel grauius, uel mitiùs, utrunque & nobilem, & ignobilem esse puniendū, quàm lege uel statuto præscriptum sit, secundùm l. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de his, qui no. infa. & in l. & si seuerior. C. ex quib. cau. infam. irro. Nam & id expressum in casu, de quo loquimur, uoluit Saly. in d. l. seruos, Cui & tu adde not. per Innoc. in cap. 1. & ibi latissimè Fely. & Decius extrà. de consti. & quæ nos latissimè diximus suprà, in
26 præfa. † Septimo intellige, nisi aliter expressim disponat, ut scilicet nobiles grauiùs puniantur ex eodem delicto, quod ignobiles. Cuiusmodi statuta sunt in multis locis Italiæ, & inter cæteros in Tuscia, ut refert Saly. in d. l. 1. columna octaua, uersi. & quæ hic, & in præcedenti C. de rapt. uirgi. & docet sæpe, ut posteà dicemus, tunc enim ex eorum sententia qui hæc statuta referunt, ea sunt seruā da. Nihil enim impedit quin id statui possit, præsertim in iis locis in quibus nobiles sunt admodū ad uitia, & scelera procliui, ut diximus in nostro trac. Nobilitatis, c. 37.
37 † Octauò intellige quę diximus, in pœnis fori iudicialis. At in pœnis fori pœnitentialis, quod & forum conscientiæ appellant, magis puniendus est nobilis, & in dignitate constitutus, ut qui plus cæteris per omnia paribus, peccare, uidetur, tum quia magis contemnit, qui plus recipit à Deo, nec recognoscit, ideo maior est ingratitudo illius. Ex quo illud in primis istis animaduertendum, & scrinio pectoris penitùs imè recondendum, Sapientiæ 6. Audite reges terræ, & intelligite, Discite iudices filiū terræ, Præbete aures uos qui continetis multitudines, & placetis uobis in turbis nationum, quoniam data est à Domino potestas uobis, & uirtus ab Altissimo, qui interrogabit opera uestra, & cogitationes scrutabitur, quoniam cùm esseris ministri regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neq; secūdū uoluntatē Dei

Dei ambulastis. Horrēdè & citò apparebit uobis, quoniā iudicum durissimum in his qui præsunt, fiet. Exiguo. n. cō ceditur misericordia, Potētes autē potenter tormēta pa
31 tientur. † Tum item, quòd nobilium & in dignitate constitutorū peccat trahi solet ab inferioribus in exēplū, ut dicit tex. in d. c. cùm quidam. ubi glo. Imo. Fely. & alij. & hoc dicunt, quod diximus, magis istos puniendos in hoc foro pœnitētiali, & alius tex. in c. sicut. & in. c. pastoralis, 2. q. 7. & c. ex merito. 6. quæst. 1. & omnium optimus in c. præcipuè. 11. q. 3. quem aureum dicit Barb. consi. 40. clementissimum. col. 6. lib. 4. & tex. item in c. magnæ, de uoto. ubi ad hoc citat glo. ibi & in d. c. ex merito illud Claudiani, cuius tamen nomine tacito.

Totus componitur orbis
Regis ad exemplum.

Et mox sequitur apud eundem Claudium,

Nec sic inflectere sensus
Humanos edicta ualent, quàm uita regentis.
Nobile mutatur semper cum principe uulgus.

39 † Quibus simile est & illud sapientissimi illius Ecclesiastici, c. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Et qualis est rector ciuitatis, & tales inhabitātes i ea. Et subdit, Rex insipiens perdit populum suum. Est & Platonis sentētia à Cicerone Epistolarum li. 1. ad Lentulū usurpata, Quales in Repub. principes essent, tales reliquos esse ciues. quam etiam citat Barb. consi. 1. colū. quinta, uersic. & siquispiā, dixerit, quòd loquitur, li. 1. & d. cōsi. 40. cōsi. 6. lit. 4. ubi dicit Platonem huiusmodi sententiam afflatu spiritus sancti protulisse. quod & idem dicit ipse Barb. cō silio 82. clementissimi, col. quintæ eod. lib. 4. & in proœmio Cle. in uersic. quoniam nulla. col. 5. Et ipse Cicer. lib. 3. de legibus, legem xii. tabularum enarrans, qua cauebatur, ut magistratus uitio uacarent, atque cæteris specimē esset, hæc uerba adiecit. Vt enim cupiditatibus principū & uitiis infici solet tota ciuitas, sic emēdari & corrigi cō tinentia. Et paulò post, Nā licet uidere, si uelis replicare memoriam temporū, qualesq; summi ciuitatis uiri fuerūt

tales totã ciuitatẽ fuisse. Quæcũq; mutatio morũ in principibus extiterit, eandẽ in populo sentẽtiã. Et apud Laertium, Antigonus Macedonũ Rex ad Zenonẽ scribẽs, cũ multa de doctrina, & felicitate promisisset, hoc tãdẽ in calce subiecit, Cuiusmodi fuerit dux, ut plurimũ subitos fieri necesse est. Agesilaus quoq; ille Magnus, & ipse Lacedæmoniorũ rex, interrogatus, quare uehemẽti hyeme sine tunica ea ætate (is. n. tum senex erat) circũiret, respondit, Quò iuuenes imitentur, habentes ij quidẽ, & sents, & principis exẽplũ Author Plutarchus in Apophthegmat. Laconicis, & Aelianus de uaria historia lib. 7. c. 13. Sed & Herodianus lib. 4. Solẽt, inquit. plerunq; homines uitam
4 o principis æmulari. † Hactenus igitur diximus de pœna nobiliũ, an uidelicet ij plus, minusue puniri debeãt, quàm ignobiles. Qui locus facit ut in mentem ueniat nonnullorum sententia, qui uoluerunt nobiles ipsos non esse puniendos, nisi prius cõsulto principe. Hi sunt, Iac. Ra. ut ipse citatur, neq; n. extant scripta illius (quod sciam) ad l. licitas. §. qui uniuersis. ff. de off. Præsid. & Raph. Cu. ad l. 1. §. his quibus. ff. de leg. 3. per tex. in l. diui. §. ult. ff. de pœnis. Ita n. illos citat Alcia. in c. quod sedẽ nu. 85. de cõsuet. ordi. quanuis id non repererim in meo codice Raph. Verum ille tex. nõ simpliciter loquitur de nobilibus. sed de principibus ciuitatis. Et est alius text. loquens de Decurione, in l. 2. ff. de bon. eor. qui sibi mort. cõsci, cũ dicatur, Si is de cuius pœna Imperatori rescriptũ est, uelue qui Decurio fuerit. Sed hæc in Gallia non obseruantur.

CAVSA TRIGESIMASECVNDA.

SVMMAE.

1 *Mulcta remittenda, aut minuenda propter paupertatem.*
2 *Pœna no propter paupertatem minuitur. et nu. 3.*
4 *Mulcta etiam iam imposita propter paupertatem minuitur. pœna uero non nisi ante impositionem.*
5 *Bannum remitti potest propter paupertatem:*
Et Barto. super hoc opinio. nu. 6.

1 TRI-

1 TRIGESIMOSECVNDO, Satis constat ex eo quod diximus in superiori capite, mitius esse agendum cum pauperibus quàm cum diuitibus. cum agitur de pœna pecuniaria, nedũ cum de mulcta tractatur. Nam quantum ad mulctam pertinet, omnibus inconfesso est, minui aut remitti posse paupertatẽ, per tex. in l. illicitas. §. ulti. ff. de offi. præsi. quẽ id dicit no. Bal. in. c. atsi clerici. col. 4. ver. quæro nunquid episcopus. de iud. atq; etiã per text. in. l. eos, in fi. C. de mod. mulct. & id quoq; not. gloss. in. l.
2 & in mulctis. C. de appel. † De pœna uerò non oẽs conueniunt. Bar. enim in. l 1. in fin. principii. ff. si quis ius dicẽ. non obtemp. dicit mulctã ex paupertate minui, nõ etiam Pœnam. & idem sentit ipse in. d. §. illicitas. §. ulti. & in. l. iudex posteaquã in 1. oppo. ff. de re iud. & Bal. in. d. c. atsi clerici, col. 4. uer. quæro in quibus criminibus. de iudi. & Ioan. Fab. in. d. l. eos, col. 2. C. de mod. mulct. Paul. Ca. & Roman. in. d. l. 1. §. 1. ff. si quis ius dicen. & Iaf. in. l. si quis id quod, col. 3. uer. quarto limita. ff. de iurisd. omn. iudic.
3 † Verum Bal. sibi contrarius, dicit pœnam quoq; propter paupertatem minui, in. l. certa ratione, col. 3. uersic. illud etiam not. C. quando prouoc. non est necess. quẽ sequitur Iaf. sibi quoq; contrarius in. d l. 1. in prin. col. vlt. ff. si quis ius dicen. dicens hanc uideri esse doctrinam Barto. Bal. & Ange. & aliorum in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. & in hanc partem uidetur inclinare. Guid. Pap. in statuto, si quis per literas, in uerbo, mitigatione, in fin. & faciunt quæ suprà diximus præcedenti
4 causa. † In qua nostrorum controuersia. ut eorum opiniones concordes efficiamus, illud dici potest, mulctam etiam posteaquã imposita est, posse minui propter paupertatem, pœnam uerò non nisi ante ipsius impositionem, & hæc solutio sine mauis distinctio, elicitur è Bar. in. d. l. iudex posteaquam, & eam nominatim adscribunt Bald. Anto. & expressius Panor. in. c. nisi, de offi. leg. & Iason
5 ubi suprà proximè. † Ex eo autem quod de mulcta dictũ est, sequitur quòd cum bannum mulctæ æquiparetur, ut uoluit glo. in. l. 1. §. ex hoc rescripto. ff. de vent. inspici. &

in l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in.l.1.in prin.ff.de adminiſt.tut.ideo & bannum quoque remitti poteſt propter paupertatem. Ita dicit pulchrè Barto.in.d.l.illicitas.§.ulti.poſt prin.ff.de offic. præſid. ubi hoc dicit eſſe notandum ſequitur Panor. in.d.c.niſi, de offic.deleg.qui etiam dicit tex.in.l.illicitas.§.ult.eſſe multum not.ad duo. Primum ad hoc.quòd iudex poſſit remittere mulctam etiam impoſitam, & per conſequens bannum,propter paupertatem cõdemnati. Deniq; propter inopiam ſoluendi mulctam, non fit mutatio ipſius
6 mulctæ in corpus. † Illud quoq; dictum. Bart. ſequitur & dicit ſingu. Ang. Aret. in tractatu malefic. in uerbo, qui iudex uidens quod inquiſiti non compatent, col. 8. verſic. quæro an cõtinuatum ſit delictum, ibi, ex quo ſequitur. Et id quoq; ſequitur Guido Pap. in.d. uerbo, mitigatione, poſt princ. & Fely. in.c. qualiter & quando huius initii 2. §. ulti. col. 7. uerſic. quinta cauſa, de accuſat.

CAVSA TRIGESIMATERTIA.

SVMMAE.

1 *Fame urgente ſi quicquam admittat, mitius cum illo agendum.*
2 *Neceſſitas magnum pondus ad ueniam habet.*
3 *Neceſſitas ſoluta eſt legibus.*
4 *Neceſſitas à multis alioqui prohibitis excuſat, multaq; contra iuris regulas inducit.*
5 *Neceſſitatis graue imperium.*
6 *Neceſſitati ne dij quidem reſiſtunt.*
7 *Neceſſitas multum ualet contra iniſtitiam.*
8 *Fames inter neceſſitates primum locum ſibi uendicat.*

1 TRIGESIMOTERTIO. Et id quidem aliquid habet cõe cum præced. q. etſi nunquã liceat obtentu paupertatis delinquere, ut eſt text. in.l.palam.§. quæſitũ. ff. de ritu nupt. & c. qñ, de ſimo. Is tamẽ leuiùs peccat, qui ob paupertatẽ, ut gentevidelicet fame ac neceſſitate, ſequam admittit, ideoq; & ſemper leuius eſt puniendus, quàm ſi ultro nulla re impellente id fecerit, per ea quæ not.

not. per doct. in.d.c. quoniam, de ſimo. & in.c. ſi quis propter. de furt. cum ſi. & nominatim uoluit Goſre. in Summa de furt. uerſi. excuſatur autem. ubi dicit q. ſi quis neceſſitate compulſus, ea tamen non extrema, quicquã furatus fuerit, licet non omnino excuſetur, mitius tamẽ puniendus eſt, nec tantũ peccat, quantum ſi nulla omnino neceſſitas adfuiſſet, per.d.c. ſi quis propter. quod dictũ pro ſing. citat Cæpola in repe. auth. ſed nouo iure, colũ. 25. in paruis. C. de ſeruis fug. ubi dicit ſe ita conſuluiſſe.
2 † Id quod etiam aſtruit Demoſthenes Græce eloquẽtiæ princeps, Fas eſt, inquit, magis iraſci aduerſus iniquos diuites, quam pauperes. Neceſſitas enim ueniam aliquam habet apud humaniter iudicantes, multa nãq; cogit liberos inopia facere, in quibus miſericordiã iuſtius quã pœnam inueniant. Cui conuenire uidetur Plato, qui in L. egibus ait, pauperũ peccat ob huius uitæ incõmoda leuius
3 apud inferos puniri, diuitium uerò grauius. † Erũt & qui huc tralienti id quod uulgò dicere ſolemus, Neceſſitas non habet legẽ, ut dicit tex. in.c. ſicut, de cõſec. diſt. 1. & glo. quæ ad hoc multa allegat in.l. 1. in uerbo, expedire. ff. de offic. conſul. & gl. in.l. itẽ quãuis, in uerbo, neceſſitatem, in fi. ff. cõm. diuid. & in.l. generaliter. §. ſpurios. ff. de decur. & in.l. 1. in fi. ff. de oper. lib. Idq; eſt quod alibi dicitur, quod non eſt licitũ in lege, neceſsitas facit licitũ. c. quod non eſt, de reg. iur. ubi glo. adducit concor. Item quod alibi ſcribitur, inculpabile eſſe iudicandum, quod neceſsitas intulit. in.c. ad limina. 30. q. 1. &. c. 1. 34 qõ. 1.
4 † Propterea neceſsitas ipſa ſiue mauis paupertas, quæ & neceſsitatis eſt ſpecies, à multis alioquin prohibitis excuſat, multaq; contra regulas iuris inducit, ut laté tractant gl. & doct. in.c. querela, de iureiu. gl. in.c. ult. 34. q. 1. & Archid. in.c. pauper. 12. q. 3. & in.c. ſtatutũ. §. inſuper. de reſcrip. li. 6. & Zezel. in extrauag. Io. 22. incip. cũ ad ſacro-ſanctã. ver. hoc licet, in uerb. paupertati. & Luc. Pen. in.l. 1. col. 2. C. de dela. lib. 10. & i.l. curiales, eius initii 2. poſt prin. C. de decu. eo. li. 10. & Bal. & Fely. i. c. ſi qui teſtamẽtũ. de teſti. idẽ Bal. & Alber. i. l. 1. ff. de off. cõ. & Ro. ĩ rep.

l. ſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

l.si uero.§.de uiro,in 25.fal.& iterum in 54.ff.sol. matri. Matthes.in ult.no. Alex.in.l.præsidiis,quâ legit cũ.l.principalibus,& ibi Ias.col.2.ff.si cer.pet. Firmian. in suo reperto.in uerb.necessitas,ferè per totũ,& in uerb. paupertas,ver.61.& multis seq. Barb.in.c. significantibus. & ibi etiam Felyn.col.3.uer.& tu notabis,de offic.deleg.idem Barb.in.c.1 .de fer.& in.c.1. de pignor. Fely.in.ca. cùm accessissent.col.9.ver.tertiò restringitur.de consti.& in c.nihil,col.ult.de præscri.& in.d.c.querelã,col.pe. de iureiur.& in.c.ex rõne,in prin.de app.& in.c.2.col.pen.de sponsa,Fran.Cur.senior,in repet.l.admonendi, char.16. col.3.& ibi etiam Ias.in repe.col.74.nu.214.uersi. circa secundam conclusionẽ,& seq.ff.de iureiur. & idem Ias. in.l.1.in prin.col.pe.uer.glo.in uerbo,non aliter,& ibi ẽt Franc.Purpur.col.pe.& seq.ff.de eo cui man.est iurisdi. & idem Ias.in.d.l.principalibus,col.2.ff.si cer.peta.& in l.de pupillo.§.si quis riuos.ff.de oper.noui nũr.& ibi auth. res quæ,col.3.uer.vndecimo,& iterum col.6.uer. sextò, & ultimò.C.cõia deleg & Card.Alex.in.c.non debet,de consang.& affin.& Phil.Dec.in repe.c.1.vers.restringitur hæc prima limitatio,de probat.& in.l.quæ pro parte. ff.de reg.iur.Fedi.Loaz. in repet.l.filiusfamilias.§.diui. nu.219.& multis seq.ff.de leg.1.& Catel.Cotaī memor. incipiẽ.paupertas excusat.& Geraldus de Petra sanct.in sing.100.cuius est princip.necessitas nõ habet legem.& Hipp.Marsil.in.l.1.§.præterea,col.18.19.& 20.ff. de qõ. & Matth.afflic.in consti.Siciliæ incip.cum per partes.§. vlt.in.1.not.cum aliis cõcor.à me adductis in nostris cõmentariis utriusq; Retractus,tit.1.6.26.glos.1.nu.16.in-
5 cip.illam aũt,& multis seq.† Sed & hic quoq; repetenda ducimus quæ de necessitatis vi scripsimus in illis iisdem commentariis quoniã huc maximè pertinent & aliis rationibus quas diximus suprà in 31.causa. Ea igitur sunt, Orpheus, in Hymno noctis, scribit grauem necessitatẽ omnibus dominari,aut si mauis omnia fortificare.

Δεινὴ γὰρ ἀνάγκη πάντα κρατύνει.

Thales Milesius apud Plutarc.lib.1.de Placitis philosophum,

phum,c.25.& Diogenem Laertiũ in ipsius uita,dicit ualidissimum:siue fortissimũ quidem necessitatẽ esse,ut quæ uniuersæ naturæ præualeat. ἰσχυρότατον ἀνάγκη, κρατεῖ γὰρ πάντων. Trismegistus in li. de uoluptate diuina, qui Asclepius inscribitur, ca.14.tradit εἱμαρμένην idest, fatum,& ἀνάγκην.idest,necessitatẽ, ambas sibi mutuò in diuiduo connexas glutino,alterã uero rerum omniũ parentem rere initiua necessitatem aũt cogere ad effectũ. Parmenides uerò &Democritus atq; ẽt Heraclitus & Plutarchus ubi nuper citauimus & iterũ.c.27.necessitatẽ eandẽ atq; fatũ esse uoluerunt,omniaq; ipsius præscripto fieri. Plato(& ut idẽ Plutarch.in eo opere tradit.c.26.) euentorũ partem prouidentiæ,partẽ necessitati adscribit. Idẽ & cũ eo Stoici necessitatẽ quidem fixam cãm & uiolentã dicunt,uti ẽt refert ipse Plutarc.in illo.c.27. Idẽ Plato lib. de Repub.10.atq; Plotinus eiusdem sectæ philosophus necessitatẽ Deam faciunt,Parcarũ matrem, quæ & ipse ineluctabiles atq; inexorabiles uocantur. Nam & Pausa. lib.7.quo Corinthia tractat,scribit Corinthi. Necessitatis ac uiolentiæ sacellũ fuisse quod ingredi minimè cõsueuerant. Ex quo intelligis & necessitatem pro Dea fuisse habitã,eandemq; uiolentiæ cõmunctã,tanquã ea cũcta uiolet. Val.Max.lib.1.c.6.quo loco de Cn.Põpeio loquitur inuictas leges necessitudini esse dicit.ibi.n. Necessitudo pro Necessitate,ut sæpe fit, tum à cæteris probatis authoribus,tũ uero maximè atq; perpetuo à Sallust. ubiq;
6 ponitur,† Simonidis snia est ex arcanis Homericis, quo loco de morte Sarpedonis loquitur,ni fallor,deprõpta, Necessitati ne deos quidẽ resistere,Ἀνάγκη δὲ θεοὶ μὰ χρῆται.quã aduocat Plato tũ ī Protagora,tũ li.de legib. 5.rursumq;.7.Eamq; expressisse uidetur Liu. lib.ab vrbe cõdita 9.cũ scribi, Pareatur necessitati,quã ne dii quidẽ superãt. Sed & idẽ lib.4.ita facit loquentẽ Vectiũ Volsco rum regẽ,Necessitate,quæ ultimũ ac maximũ telum est superiores estis. Vnde opinor illud uice prouerbii celebratum,Ingens telum necessitas.quo Plinii nõnulli esse tradunt.Cæterùm Euripides in Helena ex sapientũ sen-

tentia

tentia dicit, nihil plus posse graui necessitate,

Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον. Item,

Κρεῖσσον οὐδὲν ἀνάγκης ἔρυ. Hoc est,

Potentius nihil necessitate inuani.

Idem suam Hecubam ita claudit,

Στερρὰ γὰρ ἀνάγκη. Id est,

Dura (siue mauis rigida necessitas.

Nã & hãc quoq; durã sepius uocat diu⁹ Augustinus, enarrãs illud Psal. 30. Saluã fecisti de necessitatibus aiĩã meã

Te semper anteit sæua necessitas.

Et lib. 3. Ode 24. diram, quod non longe abest,

-Si figit adamantinos
Summis uerticibus dira necessitas
Clauos.

7 †Quintilianus auus declam. 260. Multũ, ait, cõtra iustitiã necessitas valet. Palladius li. Rei Rusticę 1. c. 6. Necessitas ferijs caret. Valerius Max. li. 7. ti. 6. q de necessitate cõscribit, abominãdæ necessitatis leges amarissimas esse, & truculẽtissima ĩperia. Tullius li. 2. Off. necessitati parẽdũ esse iubet. & Herodianus. li. 5. parendum, inquit, necessitati fuit græcus est versi. Menandri.

Ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλεύει τάχα.
A necessitate omnia in seruitutẽ redigũtur uelociter.
Ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πολλὰ ποιοῦμεν κακά.
A necessitate multa facimus mala.

Græco aũt epigramate πάτολμος ἀνάγκη appellat, q⁹ oĩa audeat. Porcius aũt Latro in illa in Catil. declam. grauissimos pronũtiat morsus irritate necessitatis. Et Plato in Phędro tradit necessitatẽ oĩbus i reb⁹ cuiq; grauẽ eẽ, Καὶ μὲν τόγε ἀναγκαῖον εἶναι βιαῖ πάντι παράπαν ἀναγκάζειν. Homerus aũt necessitatẽ fortem uocat, li. 6. Iliados,

-Κρατερὴ δ' ἐπικείσετ' ἀνάγκη.

Et rursus lib. 10. Odyss.

-Κρατερὴ δέ μοι ἔπλετ' ἀνάγκη.

Inter cæteras autem necessitates nulla est sæuior miseriorq; quàm fames, de qua loquuntur maxima eorum quæ supra in prin. diximus.

Causa

SVMMARIA.

1 *Pœna aut remittenda, aut minuenda ei, qui deliquerit mandato principis, domini, parentis, magistratus, uel alterius superioris, quamuis alioqui non sit eis parendum contra ius in grauioribus numero 2. 3.*

4 *Superioris authoritas licitum reddit, quod alioqui illicitum erat. Limit. num. 5.*

6 *M. Claudio pœna minuitur, quod in re illicita, domini uotis obsecundarit.*

1 TRIGESIMOQVARTO, Licet in grauioribus nõ sit contra ius obediendum mandato principis, domini parentis, magistratus, uel alterius superioris, quẽ potest ẽt ratione timere. l. sed & si unius. §. si iussu domini. ff. de iniur. & l. ult. in fi. & ibi gl. ff. de bon. damna. & l. seruus, & ibi etiam gl. ff. de acti. & obligat. & l. liberorum. §. excusantur. ff. de his qui not. infa. & l. liber homo, huius initii 2. in prin. & ibi glo. ff. ad leg. Aquil. & l. is qui in puteum. §. si tutoris. uer. & an ignoscitur. ff. quod ui aut clam. & l. ad ea. ff. de reg. iur. & l. si mulier. §. 1. & ibi gl. ff. rer. amot. & authen. sed nouo iure. in fi. C. de custo. reo. & l. si seruus. & ibi Io. Fab. C. de sepul. uiol. & l. 1. & ibi Ioã. Plate. C. de cõmea. lib. 12. & c. uniuersitatis, & ibi Fely. de sent. excom. & cap. quicunq;, & ibi not. in verbo, uti, eod. tit. lib. 6. & not. gl. in c. mulieres. eod. tit. & in c. oĩbus. 29. q. 2. & Bar. in l. non solùm. §. si mandato. col. 1. ff. de iniur. & in l. seruus. C. de noxa. & Guido Papæ in dec. Delphi.

2 q. 240. † Et ut elegãter differit Gellius li. 2. c. 7. quæri soli tũ est in philosophorum disputationibus. An semper inq; omnibus iussis patri parẽdũ? super qua re Græci nostriq; qui de officiis scripserunt, tres sententias esse, quæ spectandæ considerandeq;, sin tradiderunt, subtilissimeq; diiudicarunt, inter quas ea approbata est, in quibusdam parendum, quibusdam non obsequendum, sed tamen ea quæ

obsequ

obsequi non oportet leuiter & uerecundè, ac sine detestatione nimia, sineq; opprobratione acerba reprehensionis declinanda sensum, & relinquenda esse dicũt, quã respuẽda. Apud Quintilianum auũ declam. 257. filius à patre abdicatus, quòd uxorẽ iussu eius non repudiarat, multa in hãc sententiã dicit, Non obsequeris, inquit, mihi, si hoc ad abdicandũ satis esset, superuacua erãt omnino iudicia ipsa, cur n. nobis defensionis potestatem dedistis? Si nihil nostris consilijs liberis relictũ est, seruo me hercule quædam liberius ex bona mente faciunt: & aliquando iudicium fidei putant, pretio empta mancipia non paruisse. & paulò post, Non coges tẽpla incendere, non coges operibus publicis manum inferre. Leuiora certè mediocritatis nostræ esse manifestum est &c. In hanc sententiam multa affert Pontanus nosti seculi Cicero (neq; eũ sine honoris titulo nominare possum) in eo libro, quẽ eleganter, ut alia, de obedientia conscripsit, quæ quia illic patẽt oĩbus, huc adscribere supersedeo. † Sed ut quod diximus resumam, licet in grauioribus nõ sit cuiusuis superioris iussui parendum, mitiùs tamẽ puniendus est, qui id fecerit, quam qui ultro suoq; consilio idipsum perpetrarit. tex. est in l. seruos, & ibi Bal. & Saly. C. ad leg. Iul. de ui publi. & in l. 2. & ibi glos. Fab. & Doct. C. de sepulchr. uiol. & illos duos tex. ad hoc egregios appellat Socin. iun. est, in tractatu fallentiarũ, reg. 202. & ita uoluit gl. in d. l. ad ea. & in d. l. seruus. & gl. in l. 2. §. 1. in uerbo, obtemperare. ff. de noxa. actio. Hottien. Io. And. & Pan. in c. qui ex timore. de reg. iur. & Cæpol. cautel. 66. secũdũ numerũ primæ impressionis, secundũ uerò nouos codices, 40. cuius initiũ est, nota quòd licet mãdatũ, per text. in d. l. seruos. & Phili. Dec. in l. uelle non creditur. col. 2. ff. de reg. iu. & in l. eius uerò. eo. tit. † Et facit quod dicit gl. in c. dixit dominus. 14. q. 5. dicit authoritatẽ maioris excusare ĩ illicitis ad quod multa iura allegat, quibus adde c. de rebus. 12. q. 2. & idẽ dicit l. quod principis. ff. de aqua plu. arcẽ. ubi gl. quoq; multa ad hoc allegat, quæ ad iudicem peculiariter spectãt, ut uidelicet ostẽdat iussum iudicis excusare, facere req; il-

req; licitum, quod aliàs esset illicitum. quibus, & tu adde l. ait prætor. §. quod tũ. ff. de minor. ubi et glo. adducit eõ cord. & l. non uidetur. §. qui iussu. ff. de regul. iur. ubi nõ uidetur dolo malo facere qui iussu iudicis aliquid facit. & ibi gl. multa in eam rem affert, ultra quos est in idem tex. in c. quod quis. de reg. iur. lib. 6. vbi latè per gl. Dy. & 5 Io. And. in Merc. † Sed, & multa in eandem sententiã afferunt docto. in l. iustè possidet. ff. de acquiren. possess. ubi reperies, an & quando istud procedat, ut etiam per Fely. in c. cũ causa, col. 2. de offi. deleg. & per Iason. in l. si quis maior, col. 5. in 8. not. versi. quid autem si non impleuit. C. de trãsact. Alex. in addi. ad Bar. in l. liber. ad leg. Aquil. & per Matthæum Afflict. in constitu. Siciliæ, incip. uiolẽtias col. 11. in 9. quæst. & Hippo. Marsil. in l. 1. in prin. col. 6 ult. ff. de sicar. † Idq; etiam cõprobatur illustri exemplo. Nam cũ M. Claudius cliẽs Appii Claudii decẽuiri iussu ipsius Virgineam in seruitutẽ asseruisset, quò facilius Appius ea potiretur, ut scribitur in l. 2. §. & cum placuisset. ff. de origin. iuris, ob idq; ipse Appius in carcerem conie ctus sibi mortem consciuisset, bonaq; ipsius fuissent publicata, M. Claudio ultima pœna remissa, exilium tantũ est inductum. Sed apud Appianũ Alexandrinũ in bello Mithridatico, Mitridates Atilium, qui ei insidias struxerat, supplicio affecit, seruos autem, qui Atilio hac in re obsecuti fuerant, impunitos esse uoluit, utpote qui suo domino paruissent.

CAVSA TRIGESIMAQVINTA.

SVMMARE.

1 Principum preces, armatæ itaque si quis peccat blanditijs illorum illectus, mitem cum illo agendum.
2 Principum preces importunæ instam metuendi causam inducunt.
3 Principum preces, pro iussu sunt. et nu. 5.
4 Papa si quid roget, præceptum habet.
6 Zeno Antigoni precet, pro iussu accipit.
7 Nero equites Romanos operas arenæ promittere subigit, ingentibus donis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ausonius testatur se carmen condere ad preces Augusti.

8 *Laberius prodit in scenâ, et mimos agit ad preces armatas Cæsaris.*

9 *Preces superioris inducere iustum metum, quomodo sit accipiendum.*

10 *Seruus mens si quid mihi debeat, nec sit soluendo, et ab alio accepta, mihiq; soluit, in me competit actio de dolo malo.*

1 TRIGESIMOQVINTO, Quod de iussu diximus, idem quoque efficiunt preces & blanditiæ principũ, aut aliorũ, quos non temere metuimus, quæ & ipse uim quandam iussus habent, & præcepti, iustũq; metũ inducunt, ut uoluit gl. no. in l. unica, in uerbo, pignora. C. si rector prouinciæ. quam sequuntur recentiores in c. 1. de offi. deleg. & eã dicit ualde sing. Barb. cõsi. 60. inci. sapienter scribit Psalmista. col. 6. uer. capio nunc tertiũ, lib. 1. & consi. ubi col. antepe. ver. modo reducendo, lib. 2. & cons. 30. bene etenim cuncta geruntur, col. 3. uer. ideo dixit glo. singularis. lib. 3. & consil. 45. illud in medium referam, col. 5. uer.

2 minæ. n. potentum. & lib. 4. † Sed non multum ab illo dissidet quod uice prouerbij citat alia gl. in l. 1. quod iussu rogatio domini præceptũ est, per quã dicit Bart. in tract. de tyrannide in 7. q. quòd rogantẽ maiorũ iussus est, per illũ quoq; dicit Pau. Cast. consi. 70. quia frustra disputaretur, col. 4. ver. item non obstant literæ, lib. 1. quod rogatio principis præceptum continet, & necessitatem infert. Idẽ ferè uoluit Inno. in c. petitio, in prin. de iureiurã. cũ dicit not. quòd importunæ preces principum inducũt iustam metuẽdi causam. Quod dictũ sequitur Soci. cõsi. 263. incip. capio primũ, col. 4. lib. 2. uer. preces autem importunæ. Ias. in §. quadrupli. col. 11. ver. dixit et alibi. Insti. de actio. loquẽs tamẽ de maritorũ precibus, quãquam

3 Inno. de principibus tãtũ loquitur. † Et quòd preces principũ iussu sint, uidetur esse tex. ĩ c. cũ inter R. iuniorẽ. ibi ad cõponẽdũ coegit inuitũ, de elect. iũcta expositione Inno. ita dicẽtis iuitũ, id est instãtia precũ deuictũ, quasi Papa nõn tã illũ iussu coegerit, quã precibus & ad hoc illum tex. allegãt Barb. & post eũ Fel. d. c. 1. de off. deleg. idem Barb. d. cõsi. 60. li. 1. & d. cõs. 30. li. 3. & d. consi. 45. lib. 4. ad

id quoq; facit tex. in. c. nullus. 36. q. 2. Ex quo iuncta glo. palam colligitur, quòd nõ dicitur liberè fieri quod fit ad

4 postulationem principis. † Quibus maximè adstipulatur tex. in. c. beatus, in. 7. q. 1. & in. c. rogo. 11. q. 3. ubi uerbũ, rogo, à summo Pontifice prolatum, habet uim præcepti. Ideoq; in glo. utrobiq; & Archi. 11. q. exponunt, rogo, id est, præcipuo. quod & idem facit glo. in. c. 1. super uerbo, uult. dist. 1. & in. c. reuertimini, in uerbo, hortor, 16. q. 1. quod Arch ibi exponit, præcipuo. Ad idẽ quoq; tex. illud expressius demõstrans in. c. 1. §. porrò, de stat. regul. ubi Papa in prin. utitur illis uerbis, rogamus, requirimus, obsecramus, postea uero euidenter ostẽdit uelle se id uicem obtinere præcepti, cum ad id quod prius rogauerat, censura ecclesiastica cõpelli statuit. & ibi hoc no. Domi. Tex. item in cle. 1. de testi. in uerbo, exhortamur, ubi glo. dicit esse illi exhortationi necessariò parendũ. An tamẽ id semper uerum sit, ut uidelicet talia uerba uim præcepti habeant, latè disputant doct. & maximè recẽtiores in

5 c. nam concupiscentiam. de cõsti. propterea illuc te rele go. † In hanc autem sententiam uersus est tristissimus, author tamen incerto,

Est rogare ducum, species uiolenta iubendi.

Quẽ citat Arch. in. d. c. rogo, ubi, & ipse dicit, quòd preces maiorum pro iussu habẽtur. & bal. in. l. si mãdator. C. quod cũ eo. ubi, & idẽ dicit. & in. l. 2. col. 1. C. cõia deleg. & consi. 121. à capite inchoantes, post prin. lib. 3. & And. Iser. in. c. si quis miles, ti. de defend. sine cul. non amit. & Alex. consi. 124. omissis superfluis, col. ult. uers. nec facio

6 differentiã, lib. 1. & Barb. consi. supra alleg. † Huc quoq; uergit qd' de zenone illo Stoicorũ principe tradit Laertius ad quẽ cũ Antigonꝰ rex Macedoniæ literas misisset, quibus eũ obnixè orabat, ut ad se proficisceretur, rndẽs zenone dicit se id facturũ quod iuberet Antigonus, nisi ætas obsisteret, cũ tũ nõ iussisset Antigonus, sed orasset, sed zeno preces pro iussu accepit. Simile est quod apud Virg. iuris ciuilis, (ut Flauius apud Macr. ait,) doctissimũ, Aeneas Didone alloquẽs ait li. 2. Aeneid. statim in prin.

Infandum regina iubes renouare dolorem.

Cùm tamen illa non iussisset, uerum postularat, tāquam omnis superioris postulatio apud inferiores pro iussu haberi debeat. Captabat n. Aeneas bñuolentiā ex eo quòd se illo uerbo, Iubes, inferiorē ostendit, etsi minimé esset. Quod & inibi scitissimé ut alias, semper annotauit Donatus uir certè reconditæ eruditionis. † Idem cóprobat Tacitū libr. 14. cū dicit de Nerone loquēs, Notos quoq; equites Romanos operas arenæ promittere subegit, donis ingētibus, nisi quòd merces ab eo, qui iubere posset, uim necessitatis affert. Eodē quoq; pinet illud Ausonii ad Theodos. August. in quadā ad Paulū aliàs Pacilū, epist.

Scribere me Augustus iubet, & mea carmina poscit
Penè rogans. blando uis latet imperio.

cum de Valentiano Imperatore loqueretur. Sed quid facerem (iussum est, quodq; est potentissimum imperandi genus, rogabat qui iubere poterat. Et illud quoq; Quintiliani aut declamatione 281. habet gladium, instrumentum parricidii, accedit ad patrē, manuq; sublata, rogo dicit, imo iubet, nō sunt enim preces, ubi rogandi libertas non est † Illud item quod scribit Macrob. lib. 2. Saturnalium, Laberiū asperæ libertatis equitem Romanū Cæsar quingentis milibus inuitauit, ut prodiret in scenā, & ipse ageret mimos quos scriptitabat. sed ptās non solum si inuitet, sed etiam si supplicet, cogit, unde se & Laberius à Cæsare coactum in prologo testatur his uersibus,

Necessitas, cuius cursus transuersi impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt.
Quò me detrusit pene extremis sensibus.

Sed & snīa est Platonis in epist. quam scripsit ad Dionis propinquos, preces tyrānorū necessitati esse permissas. Quod & ex eo usurpauit Tull. lib. epistolarū ad Atticum 9. cuius initium, Tuas cuius hæc uerba sunt, Ego aūt nō tam φυγὴν, id est, peregrinationē, huius timeo quā τὴν θανάτου, id est, persuasionē necessitatē inferentem. Αἱ γὰρ τυράννων δεήσεις, inquit, Plato, οὔθ' ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκης εἰσὶν, id est, Tyrānorū n. preces (inquit Plato) nosti quàm permistæ necessitatibus sint. Mimus quoque est in eam sententiam elegantissimus.

Rogando cogit, qui rogat potentior.

† Id tamen quod dictum est, preces superioris inducere iussum metum intelligunt plerique procedere in eo qui solet sæuire in subditos, non etiam in cæteris, ut uoluit expresse Pan. in d.c. cū inter. col. 3. uers. ex quo, & in c. abbas. col. 1. uersi. sed quæro hic, quod met. cau. & in c. uit. in fi. post Ioan. And. ibi, qui clerici uel uouen. ubi hoc dicit esse sing. notandum, & facere ad eam quæstionem, nunquid reneat matrimonium contractum precibus principis? Quod utiq; uerū est, quantum ad rescindendum ea, quæ precibus principum essent facta. Illud autem indistinctè uerum est preces ipsas principū, uicem præcepti obtinere, esseq; clementius puniendū, qui precibus principis delictū quodpiam cōmiserit, æquè ac si iussu ipsius id fecisset, per ea quæ dicta sunt. † Neq; uelim tamen prætermittere, esse apud nos tex. supradictis mirè aduersantē in l. seruis tuis. ff. de dol. mal. ubi si seruus meus cū mihi deberet, nec soluendo esset, hortatu meo pecuniā mutuam ab alio accipit, & mihi soluit, danda est in me actio de dol. mal. ex quo certè colligitur hortatum non haberi loco iussus. nā si pro iussu esset, cōpeteret actio, quod de iussu, & non de dolo. quo tum demum habet locū, cū alia nō cōpetit, ut est tex. in l. 1. §. verba. & §. ait prætor. ff. eo. tit. Ideo cogita quid huic obiectioni sit respondendum.

CAVSA TRIGESIMASEXTA.

SVMMAE.

1 Delinquentes inuiti ac coacti, ui metuue impulsi, mitius puniendi.
2 Occidem quenquam mandato alicuius, qui alioqui mortem ei minatur, an excusandus. et nu. 5.
Vel, an teneatur lege Cornelia de sicar. nu. 3.
4 Delinquentem inuitum metuue coactum excusandum esse, quomodo accipiendum.

1 TRIGESIMOSEXTO, non solum in præcedentibus casibus,sed,& alias semper,qui inuiti ac coacti delinquunt,utpote vi,metuve compulsi, ne uitam aut bona amittant,sunt leuiùs puniendi.cap. sacris. & ibi latè doct. de his quæ ui metusve causa fi. & c.presbyteros.50. dist. & c.in primis.ver.episcopi uerò. & ibi gl.in uerbo,metu. 2.q.1. & c ult.11.q. & c.eos de conse.dist 4.& no.gl.in c. 1.in uersi.errore. 15.q.6.& è theologis antesignanus ille Theologorum scholasticorũ Alex.Ales in 3.parte Sum-
2 mæ,q.41.mẽbro 4.articulo ult.aliàs 3.[Et propterea pulchrè dicit Bal.i §.iniuria.in uerbo,seu furtum.ti.de pac. iura.fir.quòd si aliquis potens mihi mandauerit,ut occidam Titium,aliàs me interficiet,idq; ipsum perfecerim,à pœna homicidij excusari debeo.allegat.Pet.illud dicentem in l.scientiam.§.qui cum aliter.ff.ad leg.Aqui.ubi ẽt per Cy.quod,& idem uoluit ipse Cy.in l.1.& Io.Fab.consulti.C.unde vi.& idem Bal.in sua Marga. in uerbo,homicidiũ.uer.ult.Flo.in l.liber homo.col.1.ff. ad leg. Aquil. & in l.si quis fumo.§.1 eo.ti.dum se remittit ad Cy.in d. l.1.C.unde vi.& Alex.in addi.Bart.in l. liber homo.ff.ad leg. Aquil.& Barb.cõs.60.sapienter scripsit Psalmista,co. 6.ver.capio nũc 3.lib.1.Lauren.Calca.cõs.2.licet ista materia,col.11.& Ias.in §.si minus.col antepe.vers.nũquid autẽ,insti.de actiõ.& Hippo.Marsi.in l.1.col.12.uers.18.ff. de sicar.& Phil.Dec.in l.uelle nõ creditur,col.2.ver.ult. notandum est,in fi.ff.de reg.iur.& in l.eius uerò,eo.ti.& idem sentit Bart.in l.2.ff. de noxa.sensit, & ante hos oés glo.in l.si familia.ver.& si seuus,in gl.1.in fi.ff.si famu.furfec.dic.quã ibi ponderat,& cõmendat Alex.in addi.Bar-
3 † Et profectò si isti intelligant hãc excusari,ne puniatur lege Corn.de sic.sed mitius,id haud dubiè uerũ.Si uerò, vt omnino nõ puniatur,nõ admitterẽ, sicut nec admittit Pan.in d.c.sacris.qui ad iura,& rationes aduersariorũ respondet.Cui concinit id quod Plutarchus in Lucullo tradit,ipsum Lucullum Mitylenos,quoniã nõ sponte à Romanis defecerãt, sed metu,mitiori supplicio affecisse.Huiusq; rei euidens est ratio. Nam qui vi metusve cõpulsus est,

est,is dolo caret.l.imo.ff.de lib cau.qui aũt circa dolum peccat,mitius est puniendus,ut supra latè tradidimus in
4 cã 36.† Sed quæ diximus,intelligẽda sunt in coactis conditionaliter(ut vulgò loquimur) uidelicet metu maiorũ maiorũ,qui certè puniũtur mitius, puniũtur tñ utpote q peccãt,ut habetur in iuribus supra alleg.& i.c. quisquis. 11.q 3.&.c.si quis coactus.22.q.5.& no.glo.in.c.non solum.11.q.3.& in c.põt,in uerbo,neget,de pœnit.dist.1. quæ loquũtur de his qui metu mortis Christũ uerbo tantum abnegãt,coacta.n.uolũtas est,ut habetur in.l.si mulier.§.si metũ,&.l.metũ autẽ.§.sed quòd prætor.ff.quod met.cau.cũ si.& latè differit Aristot. Peripateticorũ princeps,lib.3. Ethic.c.1.& Grego.Nisenus lib.philosophiæ 5.debemusq; potiùs quælibet mala pati,quã malo cõsentire.l.isti qdẽ ff.quod met.cau. &.c.ita ne.32.q.3. Neq; timendi sunt occisores corporis cõtra iustitiã hoĩes impellentes.c.ult.31.q 2.Ideoq; Tullius lib.ueteris Rhetoricæ 2.Si quam,inquit,necessitudo turpitudinẽ uidebitur habere,oportebit per locorũ communiũ implicationem redarguentẽ demõstrare quiduis perpeti,mori deniq; satius fuisse,quã eiusmodi necessitudini obtẽperare. Et,ut inquit Liodes Oenonis filius apud Home.li.21. Odysseæ,multò melius est mori quàm uiuus peccare,

Βίοτος πολὺ φέρτερόν ἐστιν
Τεθνάμεν ἢ ζώοντα ἁμαρτεῖν.

Et de hac coactione,ut puto,est illud quod à Plutar.refertur in Apotheph. Laconũ ignobiliũ, de Lacone quopiã,qui ad eũ,qui puniebatur,& dicebat se inuitũ peccasse.Castigaberis,ĩqt,igitur,& ĩuitus.† At coacti absolutè
5 siue præcisè,ut cũ nris quoq; loquamur,qui uidelicet nihil cõferũt secũdũ propriũ motũ,nihil certè peccãt,neq; puniũtur,ut qui potiùs pati quàm agere uideãtur, ut est tex.ĩ.d.c.sacris,& ibi gl.& doct.&.d.c.presbyteros.uer. qui aũt fugientes,&.d.c.ita ne.& ibi ẽt gl.&.c. cõstat.1. q.1.& in sũma 15.q.1.cũ multis seq.c.&.l.1.§.remouet. ff.de postul.&.l.si uxor.§.si quis planè,&.l.uim passã.ff. de adul.&.l.fœdissimã.C.eo.Ex qb.iurib. multa pẽsertim

posteriora loquuntur de muliere uim passa, ut uidelicet nihil ei sit imputandum, sicut etiam lex Mosaica sanxit Deutero. 22. Iraq; Ouid. lib. 1. Fast. Iunonem increpat, quòd Calistonē à Ioue uim passam, in ursam mutauerit.

Quid facis inuito pectore passa Iouem?

Quasi nihil ob id pari debuerit.

6 †Et de hac præcisa coactione, ut si omnino impunita relinquenda, scribit ēt Alex. Ales ubi suprà, & Archi. in. c. qui bona, col. 8. 17. q. 1. & affatim Arist. & Grego. Nissenus, quibus locis nuper citauimus, Sed antequā hinc abeam libet huc adscribere exēplū historicū huic loco accōmodatissimū. A. Posthumus Albinus, qui cōsul cū Lucullo fuit, res Romanas oratione Græca scriptitauit, in cuius historiæ exordio scriptū erat in hāc sniam, Neminem successere sibi cōuenire. si quid in his libris parum cōpositè aut minus eleganter scriptū foret, nā sum, inquit, hō Roma. natus in Latio, Græca oratio à nobis alienissima est. Ideoq; uenīā gratiamq; malæ æstimationis si quid esse erratū, postulauit. eam cū legisset M. Cato, Nātu, inquit, Aule nimiū nugator es, cūm maluisti culpā deprecari, quàm culpa uacare. Nam petere ueniā solemus, aut cum imprudentes errauimus, aut cum cōpulsi peccauimus. Tibi, īquit, oro te, quis perpulit, ut id cōmitteres, quod priusquā faceres peteres ut ignosceretur? Author Plinius aut quisquis est in lib. de Illustribus uiris, Plutarchus in Catone Vticensi, Gellius lib. 11. Nocti. Attic. c. 8. Macrobius in prin. Saturnalium, & Suidas.

CAVSA TRIGESIMASEPTIMA.

SVMMAE.

1 *Delictum qui attentauit, nec tamen perfecit, leuius puniendus.*

2 *Delictum inchoatum quod pro consummato habeatur, ex fictione est, et præter rerum naturam.*

3 *Statutoū pœna nō habet locum in delictis attentatis. Limit. nu. 4.*

5 *Statutum certa pœna puniens eū, qui rapuerit rē alienam, locum habet in eo qui fregit ostium alterius.*

6 *Statutum si puniat facientem tractatum, delicti consummatio non requiritur Limit. nu. 7.*

1 TRIGESIMOSEPTIMO, licet de iure communi conatus proximus delicto æque puniatur in atrocioribus, ac si delictū fuisset consummatū, ut est text. in. l. si quis dicam, & ibi gl. & doct. C. de epis. & cle. & in. l. is qui cum telo, & duabus legibus seq. C. de sicar. quæ oēs reputantur de pœn. distinct. 1. cum multis concor. adductis per Fely. in tractatu quem super hoc priuatim conscripsit, tamē si ex statuto delictū quodpiam certa pœna puniatur, certè qui hmōi delictū conatus fuerit perpetrare, quantūcunq; proximè ad delictum accesserit, tamen nisi perfecerit, non ea pœna punietur, sed alia mitiori pœna,

2 secundū qualitatem admissi facinoris. †Nam quod delictum attentatum habeatur pro consummato, nō est secundùm rerū naturam atq; ueritatē, sed est ex fictione, quæ non habet locū in statutis, cum sit quædam improprietas, nam statuta propriè & naturaliter nō fictitiè debent interpretari, ut no. in. l. 3. §. hæc uerba. ff. de negot. gest. & in. l. quicquid astringendæ, & l. ex ea parte. §. mulier. ff. de uerb. obl. & l. tutela. ff. de cap. dimi. & l. statius. §. cornelia. ff. de iure fis. & l. ult. C. de his qui ve. æta. īpe.

3 †Et hoc quidē, uidelicet quòd pœna statutorum non habet locum in delictis attētatis, uoluit Bar. in. l. 1. §. diuus. ff. ad legē corn. de sicar. ubi dicit quòd hac rōne conatus non punitur per totam Italiam, ubi omnia fermè delicta secundū statuta puniuntur, & iterū in. l. si in rixa, colū. 1. eo. tit. & in. l. damni. §. fabini, col. ult. in prin. & ibi Rom. col. 2 uer. inquantū aūt. ff. de dam. infect. & ipse Bar in. l. senatus, col. ult. de accu. & in. d. l. is qui cum telo. ubi hoc dicit esse perpetuò menti tenendū, & ibi etiam Bal. & Saly. & idem Bal. in. d. l. si quis non dicam, col. 3. uersi. iuxta hoc incidēter cadit ista quæstio, ubi dicit ita tenuisse Ia. butr. in quadam quæstione, per eum Venzioli disputata. & idem bal. in. l. 1. & iterū in. l. si fugitiui, col. 1. & ibi Cæpola in repe. C. de fer. fug. & ipse bal. in. l. & si percussor, §. si appetitus, in prin. per illū tex. ff. de sc. syllan. & in. l. ult. per glo. ibi, in uerbo uoluerit. ff. de rerū diui. & in. l. 1. §. hæc uerba. ubi etiam Ang. in fin. ff. quod quisq; iur. &

idem nal. in l. data, col. 2. ver. itē in pœnis statutorum, & iterum ver. dico aūt. C. qui accu. poss. & in l. arboribus. §. Iulianus. ff. de usufruc. & in l. qui aūt ex his. ff. de his qui not. infa. & in l. si proprietati. ff. de iure dot. & in. §. item lex cornelia, instī. de pub. iudi. & in. c. 1. col 1. tit. qui. mo. feu. amit. & in. c. 1. §. iniuria. tit. de pac. iur. fir. & in addit. Spec. tit. de accusatore. §. 3. ver. quid si primò actū fuerit, in addi. quæ incipit, secundū statuta terrarū, & elegantes consi. 294. ad euidentiā præmittendū est, lib. 1. & consil. 361. quidā rumor iam pluribus diebus. in fin. eo. lib. 1. & consi. 136. proponitur quod Titius percusit, lib 2 ubi dicit, quòd in pœnis statutorum magis consideratur ictus, quàm animus. & consil. 430. qui uoluit aliū facere, lib. 2. & consi. 443. Cechus cōfecit uenenū, col. 1. & iterū colū. 2. lib 3. & consi. 28. uiso statuto apparet, lib. 4. & consilio 301. præsuppositis uerbis statuti quod consil errore Impressorum repetitū est in consi. 356. in eo. lib. & Alber. in 2. parte statutorum, quæstio. 158. incip. Cy. quærit, & iterum. q 218. statuto Bononiensi cauetur. & Imo. in. c. 1. & ibi Panor. col. 1 uer. nunc primò not. & latè Fely. col 3. ver. fallit nono, de præsump. & in. l. idem. Imol. in. l. 1. ff. de publ. iud. Panor. in. c. inter, ante fi. de purg. cano. in. c. 2. col. ulti. ver. secundum dictum. de eo qui mit. in poss. & in. c. mulieres. de sen excō. col. 4. versi. in contrarium facit. Floria. in. l. lege Aquilia, circa med. ff. ad legē aquil. & Pau. Ca. consil. 277. in causa carceratorum, col. 1. versic. nec obstant. lib. 2. & cōsi. 296. uisa inquisitione suprascripta, col. 2. ver præterea si aliud statutum, eo. lib. 2. Angare. in tractatu maleficiorū, in uerbo, & ex interuallo dictus titius ex dictis vulneribus mortuus est, col. pe. Alex. consi. 15. uiso processu inquisitionis formatæ, col 2. uersed præmissis non obstantibus, lib. 1. & Frā. are. cōsil. 80. sicut decet. col. 3. uer. nec obuiat præmissis, & consi. 146. visa consultatione, col. pe. ver. secundò quia statuta. Barba. cōsil. 23. sapientissimus, col. 6. ver. etsi quispiā. & multis seq. lib. 2. Socin. in tract. fallentiarū, in regula 31. in. 3. fal. & Ias. in rub. instī. de act. col. pe. & Fel. in. c. significa-

ſti eius initii, 2. col. 2. uersi. aduerte tamē, de homi. & i. d. tractatu quando conatus puniatur. col. 3. uersic. fallit 8. & ulti. & Hippol. Marsil. in l. 1. in prin. col. 15. uersi. quod tamen hodie, ff. de sicar. & in leg. qui falsam, col. 5 uersi.

4 alius est etiā, ff. de fal. † sed hoc proculdubio intelligendum est, quādo uerba statuti non uerificarentur (ut nostri loquuntur) in attentante solum, putà quia statutum punit homicidam, adulterum, & cætera id genus. Secus si verificarentur in solo conatu, uerbi gratia, si puniat assassinatum. Nam cum assassinatus crimen sit perpetratum, ex eo solùm quòd quis pecuniam recepit, ut faciat homicidium, etsi nondum fecerit, ut uidetur probare tex. in c. 1. de homici. li. 6 & ibi not. Domini, & etiā Ang. consi. 14. nos Carolus. Ideoq; pœna dicti statuti habet locū in eo, qui tunc uulnerauit, ut occideret, quanuis reuera non occiderit, ita consuluit cùm ex facto incidisset, Philip. Corsi. consi. 249. licet uideatur prima facie, li. 1. ubi ita, ut diximus limitat, quod suprà dictum est, pœnas statutorum non habere locum in attentantibus, respondetq; ad Dynum, & Angelū, qui uidentur sensisse contrarium in leg. item apud Labeonem, §. si curauerit, ff. de iniur. unde tamen Bald. consi. 430. lib. 2.

5 † Huic autem sententiæ congruit quod scribit alberic. in tractatu statutorum, in 2. parte, quæstio. 229. quid si statuto caueatur, statutum certa pœna eum puniens, qui rapuerit rem alienam, procedere in eo qui fregit ostium alterius, ut raperet, per textum in l. Marcellus, ff. de uerborum significatione. ubi uerbo, rapuisse, cōtinetur scissum, & fractum, dicitque hoc ibi uoluisse Dyn. quod no. ad confirmationem dicti Cornei, qui tamen huius decisionis non meminit. Quanquam id nihil pertinet ad hūc articulum, neque enim rapere est frangere ostium ad rapiendum. Et ego certè putarim hunc non esse puniendum ex illo statuto, sed aliter ob fracturam ostij. † Facit

6 quoque quod tradit Panor. in ca. tua nuper, col. 2. uer. in glosa in uerbo. tractatu, per tex. & glo. ibi, de his quæ fi. à præla. quòd si statutum punit faciētem tractatū, nō re-

quiritur delicti consummatio, & sequitur Alex. no. in addi. ad Bart. in l. uerum. ff. de parri. & ibi Hippo. Marsi. col. 2. in fi. qui hoc dicit no. & summè notãdum, allegat & ad id alia iura, quæ nihil ad hoc faciunt, & idem Hippo. in d. l. qui falsam, col. 2. ver. adde etiã prædictis, ff. de fal. Quin & aliàs semper conatus perinde punitur ac effectus, quando dispositio puniens considerat affectum sine effectu, l. & generàliter. §. 1. & ibi doc. ff. de calum. & l. si amicis. ff.
7 de adulte. cũ si. † Sed hanc limitationem declara procedere, ubi esset manifesta legis, aut statuti intentio, ut tractatus puniatur, alia. n. licet uerba ipsius simpliciter sonarẽt in tractatũ & uoluntatem, nihilo tamen minus reducuntur ad intellectum iuris, uidelicet si delictũ fuerit perpetratum, per gl. in l. vl. in fi. ff. de rer. diui. quæ exponit text. transcendentem uoluerit, id est, uoluntariè transcẽderit. quẽ sequitur Bar. ibi dicẽs ualere ad statutũ, quòd si quis uoluerit aliquem corrũpere, capite puniatur, ut intelligatur, id est, uoluntariè corruperit, quod est, ut dicit, notandum. & etiam per gl. ĩ cle. 1. in uerbo, mãdauerit, de pœn. quæ intelligit illum text punientem eum qui mandauit, ut uidelicet, si secutum est delictum. Et per illas gl. hanc declarationem tradit Fran. Are. in l. si seruum. §. prætor ait, col. 3. ver. unde quando factum. ff. de aquir. hæred.

CAVSA TRIGESIMAOCTAVA.

SVMMAE.

1 *Delictum attentatus tantum, ex consuetudine mitius punitur.*
2 *Consuetudo contra ius diuinum, non admittenda.*
3 *Exodi locus c. 21. explicatur.*
4 *Testamenti ueteris scripta trifariam diuiduntur.*
5 *Moysi præcepta. et præceptorum dominorum partitio. nn. 6. 7.*
8 *Mosaica præcepta à Christo in multis mutata ac reprobata.*
9 *Moysi legis non excusantes à peccato.*
10 *Delictum attentatum quando puniatur æquè atque perfectum.*
11 *Delicta ferè puniuntur secundum statuta, et non secundum ius commune.*

1 Trige-

1 TRIGESIMOOCTAVO, Nõ solũ si ex statuto puniãtur delicta, sed etiã si ex iure cõi conatus ẽt proximus delicto, æquè puniatur atq; si delictũ ipsum cõsummatũ fore, quẽadmodũ nos amplissimè, & copiosè ĩ superiori cã, nẽpe trigesimaseptima differumus, & ĩ casibus ĩ quibus dicitur delictũ attentatũ æquè puniri ac consumatũ. Ex gñali tamẽ consuetudine nõ tã graviter punitur qui attẽtauit, quàm qui perfecit, ut uoluit Spec. tit. de accusatore, §. 1. uer. quid si primo actũ fuerit. cũ dicit quòd de cõsuetudine unĩuerans animo occidendi, non tñ occidẽs. nõ punitur tanquã homicida, arg. l. aut facta. §. euẽtus, ff. de pœn. refert & sequitur Cyn. in l. si quis non dicã rapere. C. de epis. & cler. & in l. is qui cũ telo. in 3. oppo. & ibi ẽt Io. Fab. Bal. (quẽ uide) & Saly. & Pe. Iac. in ti. de act. leg. Aqui. col. 6. in paruis, & Bar in l. 1. §. diuus, ff. de sica. Io. Fab. in §. itẽ lex Iulia. co. pe. uer. quidã aũt dicũt, Inst. de pub. iudic. ubi tñ distinguit Bal. in l. data, col. 11. uersi. itẽ nota quòd pœnæ personales, & iterũ, col. seq. uers. di co aũt. C. qui accu. poss. ubi ita loquitur, ut uideatur hoc ẽt ne iure cõi procedere, cessante consuetudine. respondetq; ad iura, quæ uidẽtur innuere cõtrarium, & idẽ Bal. in c. ult. col. 2. de consuet. ubi dicit hanc consuetudinem esse æquam, & naturalẽ, æquitas. n. dictat propositum cũ actu imperfecto mitiùs puniri, quàm cũ actu perfecto, l. si fugitiui. C. de ser. fugi. ubi & hoc uoluit ipse Bald. & idẽ Bald. consi. 359. statuto Placentiæ cauetur, lib. 1. & consi. 361. quidam rumor, co. lib. 1. & consi. 443. Cechus cõficit uenenũ, lib. 3. Ange. Pau. Ca. Alex. & Ias. in l. 1. §. hæc verba, ff. quod quisque iur. ubi & hoc Ang. dicit esse notabile, & Pau. Ca. esse perpetuo menti tenendũ, dicitq; Angelus tenuisse Archi. in c. si ergo. 8. q. 1. ubi tamẽ nihil dicit & idẽ Ang. in l. 1. §. fuit injuria, ff. de uar. crimi. & idẽ uoluit ipse Pau. Ca. d. cõsi. 296. uisa inquisitione, col. 2. li. 2. Flori. ĩ l. itẽ si obstetrix, col. 2. ff. ad leg. Aqui. & Masuerus in ti. de pœn. §. item secundũ cõsuetudinẽ, Rapha. Fulgo. cõ. 149. super inquisitiõe formata, col. pe. uer. supereſt de tertio. Fra. Are. cõsi. 80. sicut decet, co. 3. & Barb. in l. 4. §.

Cato-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cato. col. 3. ff. de uer. ob. & in addi. Barb. in c. 1. in prin. ti. quib. mo. feu. amit. & cõ. 64. scribit lib. Hester, col. 9. in fi. cũ seq. lib. 1. & cõ. 23. sapientiss. dixit Ecclesiastes, col. 6. uersi. cũ ergo in casu nostro, li. 2. & Ale. cõsi. 15. uiso processu, col. 2. & iterũ, col. vlt. li. 1. & cõsi. 40. uidetur ĩ casu proposito, col. 1. uer. & primo præsuppono, li. 2. & ĩ addi. Bar. ĩ l. qui ea mẽte, ff. de furt. ubi hoc reputat sing. & Corneus, consi. 23. licet in hac cõsultatione, col. 1. uersũ. his tamẽ nõ obstãtibus, lib. 1. & Fely. in c. consulere, ante fi. de simo. & in c. significasti, eius principii 2. col. 2. uersi. aduerte tamẽ, de homi. uide Alex. in d. l. 1. §. hæc autẽ uerba, ff. quod quisque iur. & Matth. Afflict. in consti. Siciliæ incipit. mala noxia, col. 2. uer. sed aduerte, & Hippo. Marsi. in lege, eiusdem, col. 2. uersi. no. etiã. ff. de fisc. 2 † Videtur tamẽ hãc consuetudinem non ualere, neque esse obseruandã, quoniã sit contra ius diuinum, Exodi, 21. cap. ubi qui percusserit hominem uolens occidere, morte moriatur cui non potuit consuetudo derogare, ca. ultimo. & ibi ẽ pia ne nor. de consuetudine, & cap. quæ ad perpetuum, & c. nulli, & cap. sunt quidam, 25. quæst. 1. cũ similibus. Neque enim potest Papa, princeps, uel populus, tollere legem superioris, l. nam & magistratus, ff. de arbit. & c. cũ inferior, de maio. & obedi. c. 1. 10. di. & quod tradit Spec. in tit. de lega. §. nunc breuiter. & glo. & doc. in c. cùm ad monasterium. de stat. mona. & quòd non ualeat hmõi cõsuetudo, sentit hac, quàm diximus, ratione, Barb. d. con. 64. col. antepe. uersic. quinimò dico, lib. 1. subdens quòd istud debent ponderare iudices, quoniam quotidie hoc 3 accidit. † Sed quod huic respondeamus, in promptu est, primum enim non satis fideliter illum Exodi locum fuisse conuersum, quoniã in Hebræo scribitur ad hãc sniam, Qui percusserit hominem, & occiderit, morte moriatur, ut testatur Nico. Lyr. in expositiõe eius loci, subiungẽs, quòd si non occiderit percutiens, quãtumcunque uoluerit occidere, non est morte plectẽdus. Cui mirè suffragatur, quod alibi scribitur Leuitici 24 ĩ hæc verba. Qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur. Ideoq; secundum hoc non erit hæc generalis consuetudo legi Mosaicæ contraria, imò potius conformis, & per omnia 4 similis. † Sed & illud quoq; dici põt, & fortassis meliùs, ne diuũ Hierony. interpretẽ Bibliorũ (si tamẽ is est) arguã, quòd sancita veteris testamenti trifariã diuiduntur. Alia enim moralia, alia cerimonialia, alia rursum iudicialia. quæ oĩa nominatim speciatimq; tanguntur Deutero. 6. cum scribitur, Hæc sunt præcepta, cerimoniæ, atque iudicia, & c. Iudicialia aũt, quæ nõnulli legalia vocant ipsius ueteris testamenti. quale est illud Exodi, suprà citatum, non ligant, nisi quatenus reperiuntur in nouo testamento approbata, ut ex antiquis uoluerunt Tertullianus in libro aduersus Iudæos, Origenes in Exodũ Homilia 10. & in Numeros Homilia 11. Diuus Hieron. in epistola ad Augusti. cuius exordiũ est, Tres simul epistolas, ipse diuus Augustinus lib. 6. contra Manichæũ, per totũ prope eũ librũ, & rursum li. 19. c. 18. & ad Bonifaciũ cõtra duas Pelagianorũ epistolas, lib. 3. c. 4. & D. Ambrosius in epistolam Pauli ad Colossenses c. 3. & epist. 72. ad Ironem. 5 † Et ex recentioribus Marsilius Ficinus, uerè Theologus simul, & philosophus, & medicus celeberrimus, in eo lib. in quo de religione Christiana tam piè, quàm eleganter disserit, c. 34. ubi præcepta Moysi multifariã distinguit, ea asserens esse præcipua, quæ in decalogo cõtinẽtur, Data enim fuisse à Deo absque medio, in tabulis lapideis populo uniuerso, deinde tãquã perpetua in arca testamẽti in sancta sãctorũ inclusa, cætera uero minutiora esse, ac data per Moysen, & ab eo chartis inscripta, atq; extrà sãcta 6 ęta sanctorũ posita. Inter hæc aũt alia simpliciter moralia eẽ, quæ quoniã naturæ legẽ imitãtur, sempiterna sũt, sicut præcipua. Alia ad iudicia pertinẽt, quæ in æquitatis arbitrio posita, prout rerũ usus exigit, uariatur. Alia rursus ad cerimonias, quæ sunt parui momẽti. Idq; probat testimonio, ac authoritate ipsius ueteris testamenti. † Et è Theologis, quos scholasticos appellãt, horum primus, ac princeps Alex. Ales in 2. parte summæ, quæstio. 25. mẽbro 1. atq; in tertia parte Summæ, quæstio. 59. mẽbro 1. &

& diuus Tho. Aquinas eius discipulus ī prima secūdæ, q. 104.articu.3.& iterum in secūda 2.q.87.arti.1.& in quo libeto 2.arti.8.& alter eiſdē diſcipulus Diuus Bonauē. in 4.ſnīa.di.3.artic.1.q.2.in qua ēt diſt. copioſius doct.omnū ſubtiliſſimus Scotus in ulti.q.ad ſi. & idē Bonau.ī eodem,4.ſenten. diſt.37.artic.2.q.1. & Richardus in eo.4. di.17.Ant.Flo.in 1.parte Summæ, tit.14.c.6.in prin.co. 3.uerſi.3.differunt. Nicol.Ly.in Exod.c.2.21.in prin.& Ang.Cla.ī uerbo,decima,ver.2.nouiſſime Gabriel Bielī 3.ſentē.diſt.37.q.unica,articulo 2.cōcluſione 5.ad finē, Et rurſum in 4.ſentē.diſt.1.q.4.arti.4. dubio itē 4.per eo
7 tū.† Nec deſunt nobis noſtri iuriū interpretes,qui & ipſi huius ſnīæ fuere,& in his Cardi.Flo.con.2.circa ſtatutū, ad ſi. Imo.in l.ſtipulatio hoc modo cōcepta, col.3.& ibi etiā Ro.col.10.uer.duodecimò cū quid.ff.de verb.oblig. idem Imo.in l.3.col.vlt.&ibi quoq; Fran.Are.col.3.uer. prima ratio.ff.de teſta.& ipſe item Imo. in ca.vlti.col.3. uerſi.& ibi Panor.col.2.glo.2.de conſuet.& idē Imo.cō. 1.in caſu præmiſſo,in fi. Bellame.conſil.28.in facto mihi tradito,col.2.uer. ad partē contrariā.Marti. Laud.in tra ctā. Primogenituræ,col.pe.uer. rurſus quæritur nūquid, Alex.cō. 13.attētis his,co.4.uer.præterea præcepta,li.7. Frāc.Are.in l.ult.co pe.uer.tertiò qnòd non ualet,C.de pac.Barb.conſi.39. clemētiſſimū Dei,col.1.li.2.& Iaſ.in l.qui ſe patris,col.5.uerſi. & nota quod inter iudæos.C. vnde liberi,& Philip.Dec.in c.cōſului,in 2.not.de appel. Zaſius con.1.illuſtres,nu.61.lib.2.& faciūt no.per gl.& Archi.in §.his itaq; per tex.ibi.6.di.& p Pan & alio in c. 3.de homic.& ipſum Pan.in c.2.col.3.uerſi.de probatio-
8 †Nā & uidemus multa Moyſi præcepta legalia,ſiue iudi cialia fuiſſe à Chriſto dño noſtro mutata, atq; reproba ta,Matth.5.c.& iterum 19.& Mar.10.& Luc.16.c.quod apertè probat legalia hæc non fuiſſe iuris diuini, quia ſi hmōi fuiſſent,perpetua,& immutabilia quoque fuiſſent, uel teſtimonio principis illius uatis,pſal. 88.Nō propha nabo teſtamētū meum, & quæ procedūt de labiis meis, non faciam irrita. Et Eſaiæ c.40.Verbū domini manet in æternum.

æternum. Et ipſius Chriſti,dum dicit Matt.24.Marci.13. Luc.21.Cœlū,& terra tranſibunt, uerba aūt mea nō trā
9 ſibunt. Et eiuſdē Lucæ.16. Facilius eſt cœlū & terrā præ terire,quàm de lege uno apicem cadere. †Vt interim nō omittā nōnullas Moyſi leges nō excuſaſſe à peccato, ut ea quæ libellū repudii permittebat. Deutero.24. In ea.n. ſnīa fuerunt Nicol.Ly.ī eodē ipſo c.24. & magna Theologorū pars in 4.ſenten.diſ.33.Alex.Ales.in 3.parte ſuæ Summæ,q.46.memb.2.arti.1.& 2. Et è noſtris glo. in ca. cū in lege.23.q.4.Archid.in c.qui peccat 23.q.4.Hoſt.in cap gaudemus,col.3. in uerbo,qui autē de diuor.Sal.aut certè Io.Montegranarius inter conſi.illius conſi. 428.in quiſitio dicta col.2.uerſi.& quod de iure lib.5.Et ea quæ permittebat ſuā cuique iniuriā ſine iudice uindicare, ut ex authoritate Leuitici tradit Diuus Gregorius in Matthæū c.22.cuius ſnīa repetita eſt in decretis canonicis c. cùm in lege,23.q.4.nam & is peccabat, qui id faciebat, ut ſcribit Archi.in d.c.cùm in lege. Ex quibus illud continuò conſequitur,huiuſcemodi legem,quā qui ſequebā tur,peccabant,ius diuinū non conſtituiſſe,quod nemini laqueū iniicit,& omni labe carer. Nā uia domini impolluta eſt,pſal.27.& lex ipſius immaculata, pſal.17. Non immeritò igitur dānata eſt hæreſis Cerinthi, Ebionis, & Nazareorū contendentiū legē Moyſi in oībus eſſe obſeruandā,ſicuti nouū teſtamentū, authoribus D.Auguſtino & Philoſtrato in ſuis libris De hæreſibus,dicitq; Io.Gerſon in tract.de cōtractibus,parte 2.conſider.10 hæreticū eſſe ſi quis credat iudicialia Moyſi præcepta nos tenere.
10 †Valet ergo(ut tandē ad principale noſtrū inſtiſtutū redeamus)conſuetudo, ut non puniatur delictū attentatū, vt perfectū nec dici poteſt eſſe contra ius diuinū. Sed nō obtinet in crimine læſæ maieſtatis, & patriæ,ī quo conatus etiā de cōſuetudine punitur,atq; ſi ſecutus eſſet effectus,ut not.Ang.Pau.Ca.Alex.& Iaſ.in d.l.1.§.ult.quod quiſq; iur. per l.quiſquis.ubi etiā idē Ang. C.ad leg.Iul. maie.& Barb.d cōſi.23.lib.2 & Alex.in addi.Bar.in l.qui ea mente,ff.de fur.Nā & in hoc crimine ſola ſcientia nō

1 reuelata punitur, l. quæsitum. ff. qui & à quibus. † Sed nō est prætermittendum, non deesse qui hoc caput secundū præcedens intelligāt, uidelicet Specul. à quo hoc totum depromptum est, uoluisse legibus punientibus conatum esse derogatum per consuetudinem contrariam, quoniā fermè ubiq; puniuntur delicta secundum statuta, & non secundum ius commune, & ita requiritur delicti consummatio, per id quod dictum est in præcedenti capite, quasi uelint quòd si ex iure communi puniantur delicta atrocia conatum quoq; puniri, neq; esse consuetudinem, quæ huic rei deroget, nisi, propter statuta. de quo per Fey. latè in d. c. 1. de præsump. & in tract. de conatu. & plerosq; ex his quos supra citauimus.

CAVSA TRIGESIMANONA.

SVMMAE.

1 *Delicta attentata mitiùs ferè puniuntur, etiam de iure communi.*
2 *Iudex an possit arbitrium extendere, ut scilicet procedat in delictis consummatis, non in attentatis tantùm.*
3 *Iudex arbitrium reformare debet iuxta iuris regulas.*

1 TRIGESIMONONO, Non solum de consuetudine mitius puniuntur atrociora delicta attentata solum, sed etiam semper de iure communi, ubi lex expressim nō eandem pœnā imponit delicto attentato, & cōsummato, aut nullam pœnam certam, & limitatam imponit, id est (vt loquar breuius) in arbitrarijs mitius punitur, qui attentauit, quàm qui perfecit, scilicet extra ordinem iudicantis arbitrio, ut probatur in l. 1. in prin. ff. de extraord. crim. iūcta l. quāuis adulterij, in fi. C. de adult. Ita uoluit Raph. & post eū Bal. dicens hoc esse notabile, in l. 1. §. hæc autē. ff. quod quisq; iur. & sequitur Alex. cōsi. ponderatis uer-
2 bis inquisitionis. col. pe. uer. prætereà quāuis. lib. 1. † Quā sententiam confirmat Bal. ipse in consi. 443. Cechus consecit uenenum. colum. secunda, uersic. item non obstat. quod not. lib. 3. ubi not. limitat glossi. reputata singulari in

§. in summa. Insti. de iniur. quæ uoluit iudicem posse extendere arbitrium usq; ad pœnā mortis, ut uidelicet procedat in delictis consummatis, non etiam in attentatis sollū. & idem uoluit Flor. de sancto Petro in l. item si obstetrix in fin. ff. ad leg. Aquil. quem refert. & sequitur, nulla Bal. mentione facta, Cæpol. in repe. l. si fugitiui. colū. 12. uer. Flor. autem, & iterum col. 14. ver. 3. casu. C. de ser. fugi. in paruis. & Fely. referens Bal. nulla é contrario Flor. mentione facta, in c. ex literis, col. 12. uer. 2 declaratio. de consti. & bene facit quod alibi consuluit idē Bal. cōsi. 34.
73 † Ad decimum, undecimũ, & duodecimũ de eo qui nõ facit quod debet, & de medico qui omittit dare medicinas, propinas, & de eo quoque qui iussa non facit, in promptu

 responsio

responsio est ex illis ipsius quæ dicta sunt d.uer.5.& seq.
74 & idem quoq; dici potest de 14. & 15.† Ad ultimũ uerò, quòd Bar.& Ias.adduximus illius sniæ assertores,non necesse est respondere,cùm constet Bar.si illud ita scripserit,& Iaso.in hac re lapsos esse quanquã Bar. non id mihi scripsisse uidetur,ut satis ostendi supra nu.incip. & sic ex supradictis. Sed uereor ne in re tã aperta longius euagati simus. Illud tantum dixerimus,futuros fortasse plurimos,quibus hoc primũ, & quadragesimũ caput nõ conuenire huic loco uidebitur, in quo de causis minuendæ pœnæ à iure,aut consuetudine statutæ disserimus,nõ ẽt de criminum peccatorumq; discrimine. Quibus illud itatim respondebo,posse & hoc caput multis casibus, quos sciẽs prudensq; prætereo,ne sim longior,instituto negotio cõgruere, si recte animaduerterimus. Sed quocunq; se res modo habeat,non hoc duxi silentio prætereundũ. Sed ad alia pergamus.

CAVSA QVADRAGESIMAQVINTA.

SVMMAE.

1 *Iudex num dispensare possit cum eo,qui pœnam non capitalem à iure uel consuetudine statutam ueri similiter meritus est,nu.2.*

1 QVADRAGESIMOQVINTO, Cum propter pœnã non capitalem à iure, uel consuetudine statutam, & determinatam,delinquẽs ipse uerisimiliter moreretur, si ea pœna puniretur,iudex potest cum eo dispensare, & mitiorem pœnam imponere ne moriatur,per id quod eleganter uoluit Bald.in l.quicunque,col.4.uersũ.4.casu.C. de ser.fugi. quòd si statutum sanciat puniendum manus amputatiõe qui aliquid fecerit, & is qui tale huiusmodi commisit,sit ita iuuenis,senex, uel debilis, ut moreretur si ei manus amputaretur,potest iudex si uelit, illi mitiorem pœnam infligere,non tamen cogitur,nec propterea potest appellari,arg.l. qui posthumus.in fi.in ratione,ff. de Senatusco.Sylla.

2 Quod

2 †Quod dictum sequitur Alex.ibi,si addi ipsius, & ẽt i.l.1. C.si aduer.delic.in addi.ad ipsum Bal.& Ang.Are.in tra. maiesi.in uerbo, quas si nõ uoluerit infra decem dies,co. 3.uers.& aduertas quod in.& Gaspard. Valasc. in repe.l. imperium,col.49.uersi. & est notandum, quòd quando tortura,ff. de iurisd.om.iudi. ubi hoc dictum sing.dicit.

CAVSA QVADRAGESIMASEXTA.

SVMMAE.

1 *Scandalum facit,ut aut remittatur pœna,uel certè minuatur. Limit,numero 4.*
2 *Punitur interdum quis propter scandalum,aliàs non puniendus.*
3 *Propter scandalum multa fiunt contra ius commune.*

1 QVADRAGESIMOSEXTO, propter scandalum mitigatur,aut omo remittitur pœna delinquenti, putà cùm interuenit clamor,aut tumultus popularis tex.in l.qui cæden.ff.ad leg.Corn.de sica.& ita dicit per illũ tex.glo. in c.si ergo,in uerbo,clamoribus,8.q.1.& est ẽt tex.i.c. unusquisque,& ibi glo.22.q.3. & in hac sniam dicit gl.in c.si quis ordinatus,in glo.ulti.92. dist. q. aliàs excõicandus excõicari non debet,si scandalum timeatur,glo.not. in c.lator.in uerb.reddere.2.q.7. quòd propter scandalũ receditur à pœna.l.si quis in tantam.C.unde ui.Et Inno. in c.1.de cler.coniug. quòd propter scandalum toleratur clericus priuandus. Et Diuus Thomas secunda 2.q.8.artic.1.in fi.quòd princeps non punitur,ubi timet de scanda lo,allegat gl.super illud Matthæi 13. Sinite crescere urticas,ne forte eradicetis & triticũ ubi ex hoc dicit q princeps propter scandalum non punitur, nisi forte peccatũ illius maius esset,quam scandalum. Et faciũt ad hoc quæ dicam infra cap seq. uersi.intellige sexto. †Sed non hoc mirum uideri debet, quoniã propter scandalum interdũ punitur non aliàs puniẽdus,ut dicit Bal. in l.1.ff.de offi. eius cui manda. est iurisdic. per text.in l.qui cædit,ff. de iudicar. Sed certè non id uerum est, quia ut dicunt Dyn.

T 2 & Bar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Bart. in d. l. qui cædem. nunquam occiditur, qui nō de linquit, propter tumultum popularem, per text. in l. decurionum. C. de pœ. ubi gl. ex hoc infert Pilatū malè Christum cōdemnasse, bene autem pœna acceleratur, ut est text. in d. l. qui cædem. secundum eos, & ita etiam intel-
3 lexit Ro. sing. 573. licet iudex. † Sed alias propter scandalum multa fiunt contra ius commune. de quibus late per Ro. in repet. l. si uerò. §. de uiro. in 7. fal. ff. fol. matrim. & Barb. cōsi. 11. scripsit bellissime. col. 8. ver. & ad hoc accedat. lib. 1. & consi. 20. illud afferā in medium. col. 13 ver. & sic oriretur. eo. lib. 2. & latissimè per Fely. in c. 2. de rescri. & Phili. Deci consi. 151. diuino implorato præsidio,
4 maximi ponderis est col. 3. † Sed tamen illud animaduertē, quòd cōtra illud quod supra diximus propter scandalum pœnā remitti, uidetur esse tex. apertus in d. l. decurionū. in illis uerbis, obnoxum crimine absolui. cui difficillimum est respōdere, nisi dixeris illū tex. loqui de uocibus populi citrā scandalū. Sed certè illū tex. omnes intelligūt in scādalo, ad idq; allegant, ut propter scādalū populi nō fiat innocens puniendus. sed an rectè intelligāt, alij uiderint.

CAVSA QVADRAGESIMASEPTIMA.

SVMMAE.

1 Multitudo ubi deliquit, mitius de pœna statuendum. Et quomodo id accipiendum, nu. 7. 10. 13. & 14.
2 Multitudo quādo punitur, & non corporaliter si pecuniariā cōmutatur.
3 Multitudo facit, ut opem, auxilium, consilium ue præstantē, non eadem pœna puniantur ac principalis.
4 Romanorum decretum, quando peccabat multitudo, atq; etiam in disciplina militari.
5 Venia opus, ubi totus exercitus defecit.
6 Platonis consilium, ubi contigit plures ex ciuitate, priuato cōsilio quosq; communi authoritate, aut pacem inire, aut bellum auferre.
8 Multitudo ubi deliquit, quomodo in pœna procedendum.
9 Athenienses Mitylenenſium authores, tantum, qui à se defecerant, morte mulctant, cæteris parcunt.

11 Mul-

11 Multitudo delinquentium excusatur à pœna temporali, non autem à crimine.
12 Multitudo peccantium, errori non patrocinatur, Hieronyme.
15 Multitudo peccantium nihil facit ad minutionem pœnæ, in religiosis per omnia.

1 QVADRAGESIMOSEPTIMO, Cum multitudo deliquit, mitius quoq; agendum est. Nam cùm non huius aut illius periculum, sed multorum strages iacet, detrahendum est aliquid seueritati. ut scribitur in c. constitueretur. in fi. 50. di. ca. ordinationes. in fi. & c. ipsa pietas. ante fi. & c. non potest. & igi glo. & c. quisque. 23. q. 4. & bene facit c. denique. & ibi glo. 4 di. & cap. comessationes. 44. di. ult. ubi magis monendo, quàm minando, agendum cum multitudine peccantium, seueritas autem exercenda in peccata paucorum. & c. quotiens à populis. 1. q. 7. & c. sane de tempo. ordi. ubi citat eū uulgarem uersum,

Ob populum multum etimen pertransit multum.

Et tex. in c. ult. de trāsac. & c. latores. & ibi gl. de cle. exc. vel depo. mi. & ita etiam uoluit gl. iuris ciuilis in l. aut facta. §. ult. ff. de pœ. per tex. in l. pen. ff. de sicar. quæ tamen nihil facit. & Angel. in illa ipsa l. pe. & in l. is qui opem. ff.
2 de ser. fugi. cum infinitis similibus. † Propterea dicit Inno. in c. dilectus, huius initii 2. ad fi. de simo. & clarius in c. grauē. circa mediū. de sentē. excom. quòd pœna corporalis, cū multitudo punitur, in pecuniariā cōmutanda est. de quo late per Bar. in d. l. aut facta. §. ult. ff. de pœ. & per Lucam Pen. in l. siue. col. 3. ver. alii dicunt & multis seq. C. de exac. & exec. lib. 12. & Pan. in d. c. dilectus de simo.
3 † Ex hoc quoq; Imo. ī c. 1. col. 4. ver. his aūt de offi. deleg. per tex. in d. c. latores, limitat id quod dicitur, præstātem opem, uel auxilium æque puniendum, ac principalem, ut procedat, nisi esset magna multitudo opē præstantiū quē uidetur sequi, cū illum allegat, Aug. Ari. ī addi. Ang. Are. in tra. mal. in uerbo, dicto maleficio semper astitit. col. 2 & sequitur etiā pro no. Hippo. Marsi. in l. si in rixa. co. 8 uer. ulterius adde. ff. de sica. Ang. in l. is qui opē. ff. de fur.

4 His autem conuenit, quod scribit parens linguæ Latinæ Tullius in ea oratione, quæ à nostro Iurisc̃onsulto citatur in l. Cic. ff. de pœ. uidelicet pro Aulo Cluẽtio habita, Statuerunt, inquit, maiores nostri, ut si à multis esset flagitiũ rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteretur, ut metus uidelicet ad oẽs, pœna ad paucos perueniret. Id quod comprobat quod scribit Liuius 1. Deca. li. 2. Appius, inquit, Claudius Cõsul, Centuriones, Duplicariosq; qui reliquerãt ordines, uirgis cæsos, securi percussit. Cætera multitudo sorte decimus quisq; ad supplicũ lecti. De quo ẽt Dionysius Halicarnasseus li. 9. & Iulius Fortinus lib. 4 strategematon, c. 1. & eãdẽ quoq; decimationẽ fecit M. Crassus apud Appianum, lib. 1. bellorum ciuiliũ. & Plutarchũ in uita ipsius Crassi, ubi tradit hũc morẽ Romanorũ peruersum fuisse, qui minorem damno ignominiam continet, plurimumq; aspicientibus horrorẽ iniicit. Et Iulius Cæsar non semel apud eundem Appianũ li. 2 eiusdem operis, & Augustus apud illũ ipsum li lyrico, & Antonius apud eundẽ in Parthico, & Plutarchũ in uita ipsius Antonij, & Frontinũ quo loco suprà citauimus, ubi alios quoq; memorat qui idẽ fecerũt. L. Appianus apud Cornelium Tacitum lib. 3. At Scipio ex principibus factiõis, qui in obsidiõe urbis, cui Loces nomẽ erat parere illi recusarẽt, cũ eos ī mediũ sortitus esset, tres dũtaxat mali authores supplicio affecit, ut tradit Appianus
5 in Lybico. † Stoicorũ Romanorũ princeps Anneus Seneca li. 2. De ira, In singulos, inquit, seueritas iperatoris distinguitur, At necessaria uenia est, ubi totus desæuit exercitus. Plutarchus in Scipione Aphricano scribit, q; Scipiõe ipso ægrotãte, cũ esset orta ĩter milites magna seditio, rẽ ipsam Scipio ad cõsiliũ retulit, cuius maior pars in eos à quibus initiũ tumultꝰ ortũ erat, animaduertẽdũ, & reliquis ignoscẽdũ cẽsuit. Sic. n. fieri posse, ut pœna ad paucos, exẽplũ ad multos perueniret. Idẽ in Crasso author est, Crassum ipsum dũ bellũ aduersus Spartacũ gereret, ex his qui fugã ceperãt, quingẽtos fugæ authores in quinquaginta decurias fuisse partitũ, ĩde ex earũ qualibet unũ sorte delegisse,

legisse, quẽ in totius exercitus oculis ultimo affecit supplicio, peruersum sanẽ (vt ille subdit) Romanorũ puniendi morẽ reuocãs. Apud Aegesippũ li. 5. c. 5. Titus Imperator dicit animaduersionem in singulos usq; ad factũ promoueri debere, in multitudinẽ uerbo tenus, nam usq; ad pœnam istam, usq; ad correptionem. Quod & idẽ retulit Iosephus lib. 6. de bello Iudaico c. 4. inquiens, Nãq; unius hominis animaduersionẽ usq; ad factum promouẽdam putabat, multitudinis uerò usq; ad uenią. Idẽ Aegesippus eo. lib. 5. c. 25. Impediuit hoc, ait, uindictæ seueritatem, quia innumeri reperti sunt tãto furori obnoxij. ideoque Titus qui uallare circunfuso exercitu Syros & Arabes proposuerat, cõtẽplatione multitudinis reuocauit sẽ etiã. cuius etiã rei meminit Iosephus lib. quẽ suprà citauimus. c. 13. Sed & Vegetius de re militari idem tradit.
6 † Plato ille Philosophiæ & legũ peritissimus, à quo maxima pars legũ Græcanicarũ manauit, unde & Ro. ex maxima etiã parte detiuarunt. si Liuius lib. 3 & Pomponius nster in l. 2. ff. de orig. iur. nerũ scripserũt, Plato (inquã) l. l. de Legibus, Si plures, ait, ex ciuitate, pro cõsiliõ sine auctoritate cõmuni pacẽ iniuerint, aut bellum mouerint,
7 hiusce rei authores tãtum morte puniri iussit, nulla aliorũ mẽtione facta, tãquã impune id fint laturi. † Id ramẽ multifariã intelligẽdum est. Primũ uidelicet ut procedat, nisi forsitan multitudo uellet delictum, quasi ex authoritate defadere, quo casu non esset ipsi multitudini quoquomodo parcẽdũ, c. 1. ante fi. & ibi gl. in uerbo, recidẽda, de pœn. dist. 6. & etiã uoluit gl. ĩ d. c. quoties. Et ut alibi scribens, seuerius plectẽdus est, qui sua nititur crimina authoritate defẽdere c. plurimos. & c. quia aliquãti. 82. dist. & c. ræditor. 16. q. 1. & c. ĩter dilectos. de excess. prælat. ubi
8 dicitra uoluisse Inn. ĩ c. nisi cũ pridẽ. col. pe. in gl. distinguẽs de renũt. † Intellige secũdo, ut si seueritas detrahẽda à multitudine, delinquẽtiũ, nõ aũt à præcipuis, primisq; seuoris authoribus, qui debẽt puniri, pro suo ipsorũ demẽto, & aliorũ, ut cæteri metu deterreãtur. l. quoniã. C. ad l. Iul. de ui pub. & in d. l. fine uersi. prioribus eius mili-

tiæ,C.de exac.& execu.li.12. & ibi not. Luc. Pen.col.2. in fi.uersi & no.ex hac lege,ubi late prosequitur,& com probat(ibi uide alios)& d.l.latores.de cle.excō.mini.ubi & hoc not.Pan.in 3.not.& ita uoluit per illū rex. Inn.in d.c.sanè de tēpor.ord.& Pan.in c.clericos,per tex.ibi.de cohab.cler.& muli. & Bal.in sua Margarita,ī uerbo,mul titudo.& cō.367.uenerabilis in Christo pater,col.2.li.3.

9 †Apud Thucydidem libro belli Peloponesiaci 3. Cū Mitylenei aliqñ ab Athenien sib.defeciſſent, præcipuos de fectionis authores tantū Athenienſes morte mulctarū, in cæteros nihil eſt animaduerſum. Arrianus itē lib.7.de gestis Alexandri,ſcriptū reliquit,quō cū Macedones aliqui ſeditionem fecissent ſe ſe militiæ ſacramēto abſolui petentes, Alex.ſeditionis tantum authores numero tredecim aliis impunitis,interfici iuſſit.quod & Curtius lib.9.memoriæ prodidit. Liuius quoque 4.decad.lib.3.ſcribit L. Acilium prætorē oppreſſa coniuratione ſeruorum, quæ infeſtam Hetruriā fecerat, principes coniurationis ſcribus affixiſſe, alios dūis reſtituiſſe. Et iterum eiuſdem decad.li.8.recenſet,quòd cū militū magna multitudine thoribus Albio Galeno, & Attio Vmbro ſeditionem feciſſent, eos Scipio longa, & eleganti oratione coercuit, quā his uerbis tantundē cōcluſis. Itaq; quod ad uos uerſos attinet,ſi erroris pœnitet, ſatis ſuperq; pœnarum habeo. Albius Galenus,& Attius Vmber, & cæteri ſeditionis authores ſanguine lucent, quod admiſerunt uobis ſupplici eorū ſpectaculū,non modo noracerbum,ſed lætum etiā,ſi ſana mētis rediit,debet eſſe. Et ad quoque uidere eſt ex aliis quæ ſcripſimus ſuprā,nunc.4.

10 †Intellige rectiò procedere ī his caſibus in quibus habet locum diſpenſationis remediū,alioquin ſi locum habere non poſſit,non eſt aliquid à ſeuentate canonica derogandum,propter multitudinē,ut putā in matrimonio,ecundū tex.in c.ex parte.de trāſac.& ita per illū tex. dein d.c.comeſſationes 44.di. & ſequitur Feli.in c. dilectis Chriſto col.5. uer. quod aūt de excōicatione de excet

11 †Intellige quarto eo modo, quo ſupra de conſuetudine iniqua

iniqua diximus cap.42.ut uidelicet multitudo delinquentiū excuſetur a pœna tēporali,non tñ a crimine,& pœna diuini iudicii,ut ſcribit uir iuris diuini, & canonici peritiſſimus Ant.Flor.in 2.parte.3.partis principalis, tit.30. c.1.Pro quo tex.eſt elegās in c.multi.in fi.2.q.2.cū dicitur. Nec gaudeāt,quia plures inueniāt ſibi ſimiles. Nam propterea nō minus ardebūt,quia cū multis ardebunt,& d.ca.flagitia,in illis uerbis, Quæ ſi gentes oēs facerēt,eo dem crīs reatu tenerentur,idq; not. glo. quòd rōne multitudinis non excuſetur quis à culpa. †Hinc illud Hiero. ad Auſinū. Peccantiū multitudo non parit errori patrocinium,& ad Occeanū,Sic unū tuere,ut plures accuſare uidearis,& quē rōne non poſſis,ſocietate peccantiū defendas. Et alibi ſcribens in quendā iuuenē qui uirginem corruperat. Nec tibi,ait,de multitudine peccantiū blandiaris,& dicas, Hoc ſolus,non egi,multos habeo ſocios. Sed recogita quòd multitudo ſociorū impunitatē nō facit criminū,& in Sodoma,& Gomorrha, & in toris quinque ciuitatibus innumerabiles utique habitabāt. Sed ecce oēs pariter qui libidinoſe corpora ſua tractauerūt, imbribus igneis conflagrati ſunt. Solus aūt Loth de illo inuitabili mcēdio effugit,quia ab illa turpitudine ſe præſtitit alienū. † Intellige quinto hoc nō procedere ī maximis grauiſſimisq; delictis,ut uoluit Do.in c.deniq;,di.4. per c.flagitia.32.q.7.& latè Lucas Pen.in d.l.ſiue. C.de exac.& execu.lib.12.& Fely.in d.c.dilecte in Chriſto,co. 5.uerſi.quod autē.de excep.& in c. dilectus,huius initii, 2.col.1.de ſimo.vbi,& idē uidetur uoluiſſe Pan.poſt Bar.ī l.ex facta,§.ult.ff.de pœn. Et ad hoc referri pōt,quod ex ſnia Hierony.dictum eſt in præcedenti cap. de Sodoma, & Gomorrha,illic.n.erat grauiſſimū, & nefandiſſimum peccatum, de quo etiā loquitur d.c.flagitia. Huc quoq; quadrat,quod Exodi.32.Moyſes propter peccatum idolatriæ occidi præcepit 22.milia hominum. Qnod uir ille iuſtiſſimus nunquam præcepiſſet niſi iuſtum fuiſſe peccantem multitudinem humano iudicio condemnari.

14† Intellige ſextò,ut aliqui cōtendunt,ſecūdū caput præcedens,

cedens, ut uidelicet tũc multitudo minùs puniatur cùm timetur scandalum, non alias, ut uoluit glo. in dicto cap. comessationes, & in dicto ca. quotiens, & in d.c. 1 in uerbo recedenda, de pœn. dist. 6. & in d. cap. lacores, & ibi Panormita. Sed certè ego in ea sum sententia, uel citra periculum scandali, ut cum multitudine sit clementius agendum, ea ratione motus, quòd iura de ea re loquentia, magis causantur quòd in punitione multitudinis strages multorum iaceat, quàm quòd scandali periculum timeatur, ut omnibus uidere licet. in qua plane sententia est, & glo. in cap. denique sacerdotes quarta distinctione in uerbo uenia. dum ab altero alterum distinguens, dicit ignoscendum esse propter multitudinem, uel scandalum. Sustinenda enim esse crimina ratione scandali, & ratione multi-
15 tudinis, & pro utroque iura separatim aduocat. † Intelige septimò, ut hoc non procedat, cum multitudo religiosorum deliquit, faciendo contra votum, aut obseruantiam monachalem, ut nota. uoluerunt Ven. Gof. & Hostien. in cap. ea quæ, per illum tex. in uerbo, in parcendo de statu monach. Fely. & sequitur Archi. in dicto c. ut constituerentur quinquagesima distinctione dicens huius esse rationem, quia ex quo uenient contra obseruantiã religionis, non potest superior contra illam dispensare, capit. cum ad monasterium in fin. de stat. monach sequitur quoque Domi. in dicto ca. comessationes, in fin. & Fely. in dicto cap. dilecte in Christo de except. & in dicto ca. dilectus. huius initii. 2. columna prima, uersiculo tertio de fimo. ubi hoc dicit singul. Sed certe ista limitatio secundùm rationem Archi. dependet ex 4. limita. supra.

CAVSA QVADRAGESIMAOCTAVA.

SVMMAE.

1 Pœna minuenda, cùm eius, qui deliquit, conditione considerata, ad melio-
rem frugem trahantur.
2 Pœna scelerum non modo delinquentem ipsum respicit, sed et cæte-
ros omnes.

QVADRAGESIMOOCTAVO, Cum eius, qui deliquit, considerata conditione, ad frugem melioris uitæ facilius traherentur, si pœna minuatur, est obid certè minuenda, arg. c. ult. de his qui fil. sunt legi. & c. ult. de diuor. & ca. conuenientibus. 1. q. 7. (vide ea loca) & ita per illa iura suprà allegata, uoluit Lucas Pen. in l. 1. col. 13. ver. igitur iudex. C. de desert. lib. 12. & in l. si appari-
2 tor. colu. 9. versi. magis illud. C. de cohor. l. 12. † Et ad hoc certe facit, quòd pœna scelerum non modò ipsum delinquentem respicit, sed & cæteros omnes, ut illi uidelicet a criminibus formidine pœnæ deterreantur, ut latius dicam infrà, imò uerò causa quæ cæteros respicit, eò magis uidetur consideranda, quàm quæ. delinquentem solũ cõcernit, quò latius patet. ergo si impunitas aut pœnæ diminutio aliis est profutura, quàm pœna, consequens est, ut potius eo casu impunitum crimen relinqui deberet, aut certe pœna minui, quàm omnino delinquẽtẽ puniri.

CAVSA QVADRAGESIMANONA.

SVMMAE.

1 Pœna aut remittitur, aut certe minuitur propter delinquentis, aut
etiam maiorũ et proximorum ipsius merita, beneficiaq; in Rem
publ. collata.
Ex quomodo id sit accipiendum, num. 13. et 47.
2 Leges, pœna affectãdos eẽ delinquẽtes, nõ præmijs, quo sint accipiẽdæ.
3 Deprecatio, quid. Et quando ei sit locus in 11.
4 Marcus Aquilius à Romanis iudicio soluitur, quòd cum fugatis bellum fortiter gesserit, multis alioqui criminibus testimonijsq; convictus.
5 Marcus Horatius populi Romani iudicio absoluitur, uirtutis admiratione potius, quàm iure causæ.
6 Virtutis admiratio facit, ut delicta aut remittantur, aut certè mi-
nuantur.
7 Darius Sandocem ad crucem adigit.
8 Ionathas populi precibus liberatur à morte.
9 Statutorum prouisiones generales recipiunt tacitas exceptiones, ob
casus emergentes.

10 Merita maiorum, ad posteriores transeunt.
12 Appius cō in iuncula ducitur, maiorū merita in Rēpub. cōmemorat.
14 Manlius Capitolinus ob affectatum regnum è saxo Tarpeio præcipitatur, etiam post multa in Rempub. merita.
15 Tyrannidis affectatores morte mulctarunt Romani.
16 Leges etiam transgredi licitum ob sceleris grauitatem et atrocitatem. et num. 26.
17 Pœna crescere debet ob facinoris immanitatem.
18 L. diuus. ff. de falsis. ut sit accipienda.
19 Leges transgredi, an liceat superiore inconsulto.
21 Appellatione tollit sceleris magnitudo. Limi. num. 22. et de crimine læsæ maiest.
23 Sceleris atrocitas facit, ut prohibiti accusare, accusent.
24 Crimen proprium confitentem neminem esse super aliena cōscientia scrutandum.
Fallit propter sceleris immanitatem.
25 Testem aliàs non idoneum, admitti propter sceleris acerbitatem. an sit accipiendum.
27 Tortura potest etiam adhiberi diebus paschalibus, propter criminis immanitatem.
28 Clericus punitur à iudice seculari, propter sceleris grauitatem.
29 Sententia mandatur executioni ob criminis atrocitatem, intra tempus decem dierum concessum ad appellandum.
30 Aduocatus denegatur accusato in grauibus delictis.
31 Sententia criminalis in grauibus delictis executioni mandatur diebus etiam feriatis.
32 Delicti enormitas facit, ut liceat alteri alterum è medio tollere.
33 Delicti grauitas facit, ut priuato liceat sine mandato iudicis aliquem capere.
34 Accusatur non probās, in grauibus delictis non dicitur calumniator.
35 Infamatus ob sceleris grauitatem à beneficio suspendi potest, quousque se canonicè purgauerit.
36 Clericus degradatur, et curiæ seculari traditur in enormibus delictis. et num. 37.
38 Ecclesia plures pœnas imponit uni delicto, quando delicti grauitas adest.
39 Animal etiam brutum puniri ob sceleris immanitatem.
40 Furiosus quando immane est scelus, capite punitur, ex crimine antea forsitan commisso.

41 Actori quandoque defertur iuramentum propter summam sceleris immanitatem.
42 Corpus suspensi traditur feris deuorandum in delictis immanibus.
43 Crimen morte delinquentis, non tollitur in enormibus.
44 Sceleris immanitas facit, ut quis aliquando ad bestias condemnetur.
45 Infantes et furiosi et alii non culpabiles pro aliorum delictis puniuntur, propter criminis atrocitatem.
46 Nobiles etiam suspendantur, ob criminis immanitatem.

1 QVADRAGESIMONONO, Propter delinquentis aut etiā maiorū aut proximorū ipsius merita beneficiaq; in Remp. collata, ei parcitur, ut de primo scilicet ipsius delinquentis meritis ac beneficiis est tex. no. in l. 2. §. posiea cum Appius ff. de orig. iur. ubi cum Flauius scriba libū legū Appio furripuisset, eūq; populo tradidisset, nō solum nō punitus fuit, quòd furripuerat, sed & præmiū ob id quod populo Ro. tradiderat cōsequutus est. Et ibi glos. notat aliquē ex dolo præmiū cōsequi. Et tex. quoq; æque celebris in l. nō oēs. §. ul. ff. de re mi. ubi scribitur ei esse parcēdū, qui transfugit, & postea multos lattones deprehendit, transfugasq; demonstrauit. & illos text. ut notab. citat Roma. consil. 310. in casu propositæ consultationis. col. 4 uer. cæterum uidemus. & seq. & per d. §. postea dicit quòd ubi ex delicto alicuius quicquam utile Reip. obuenerit, non solum pœna remitti, sed & ipse delinquēs remunerari pōt, licet alias delinquētes egestate debeant laborare l. bona fides ff. depo. 2 Alibi aut idē Ro. in rep. l. §. uero. §. de uiro. in 48. fal. ff. so. m. per illos ipsos tex. limitat leges gñaliter dicētes, pœnis efficiendos esse delinquentes, non præmiis, ut uidelicet non extendatur ad casum, quo quid utile pro Rep. egerint, quia cùc in re munerationē poterit superior eis dare impunitate, eosq; multis donare præmiis. Et ita ēt illos tex. pōderat. barb. con. 11. illud afferā. col. 4 uer. ubi qs remuneratur. l. 2. & con. 26. sapienter scripsit. col. pen. co. li. 2. Et postremum quoq; ad hoc annotat. Raph. Ful. con. 124 præsuppositis

stat

stat. col. ul. ubi & in id all. tex. in l. quinq; summates. C de de Dec. li. 10. q tñ nihil mihi uidetur facere. Illũ quoque tex. in d. l. nõ oẽs ad hoc annotãt ipse Ro. sing. 538. nullus nisi prĩceps atq; ex eo pulchrũ casum decidit, & Alecõ. 19. circa primũ ad fi. li. 7. ubi & ad hoc all l. si qs in gra ui. §. is quoq;. ff. de SC. Syl. Annotat quoq; & illũ tex. in d. l. nõoẽs. Soci. aut quisquis est, in trac. fall. i reg. 229. eius est prin. lex gñaliter loquẽs, uer. fallit ratione beneficii. Sed tu p̃ter illos tex. ad alios id quoq; (si nõ oscitãter inspiciãtur) probãtes. f. in l. 1. ad fi. ibi, ob merita indulsit. ff. de cõst. prin. & similẽ in. §. sed & quod prin. uer. plane ex ns, Inst. de iur. nat. ubi gl. in uerbo, ob meritũ. 10. Pla.
3 & Ang. Are. ita eũ tex. intelligunt. † In quã sententiã locus est apud Oratores quã deprecationẽ uocant, de qua Tull. lib. ueteris Rhetoricæ, 2. Deprecatio est, inquit, in qua non defensio facti, sed ignoscẽdi postulatio continetur. Et paulo infra, huius rei exẽplũ subiicit, ut si pro aliquo claro aut forti uiro, cuius i Rẽp. multa sint beneficia, dicere possis, &c. Et ipsemet Tullius & alii, quos tibi citabo inferius. nu. 11. incip. cuius rei quoq; & rursus in pro Cau. nu. 24. incip. huc quoq; Et hoc quidẽ genere deprecationis utitur ipse Tullius in oratione pro An. Milone in ipso prope exordio, deprecãs ut Clodii interitus Milone propter multa illius præclara in Rẽp. merita cõdonetur.
4 † Idẽ in oratione pro Lucio Flacco refert Marc. Aquilius multis auaritiæ criminibus testimonijsq; cõuictus, quia cũ fugitiuis tum fugitiuus fortiter bellũ gesserit, a Romana iudicio liberatũ. Cuius rei etiam rei meminit idẽ Tullius in 7. eadẽq; ultima actione in C. Verrẽ, statim post prin. & in lib. 2. de Oratore. Et eius authoritate Florus. Epitome Liuii lib. 70. in prin. Addit autem Cic. in ea oratione pro Flacco, se consulẽ, C. Pisonem defendisse, qui quia cõsul fortis constansq; fuerat, incolumis est Reip. relictus. uatus. refertq; alios ob id ipsum quoq; absolutos. & paulo post, Semper, ait, graues & sapientes iudices in rebus iudicandis, quid utilitas ciuitatis, quid communis salus, quid Reip. tempora poscerent, cogitauerunt.

Ipse aũt Liu. 1. Decad. lib. 1. tradidit M. Horatiũ qui paulo ante imperiũ P. Ro. aduersus uirtute peperisset sua, ut q̃ tergeminos Curiatios interemerat, sororẽq; suã dũ reciret a uictoria obuiã sibi factã mortẽ unius ex Curiatiis, cui despõsata fuerat, flẽtẽ, gladio trãsuerberauit (siue trã fegit) à P. Ro. obsolutũ fuisse, magis admiratione uirtutis quã iure causæ, ut tñ cedes manifesta aliquo praculo luere tur, imperatum patri Horatii, ut filiũ expiaret pecunia publica. Quã historiam ẽt cõscripsit Aristides Milesius in lib. Italicarũ rerũ, & Dionysius Halicarnasseus li. 3. & Cic. i illa oratione pro Milone. Val. Max. li. 6. c. 3. & iterũ li. 8. c. 1. & Aristides Milesius in li. rerũ Italicarũ, & ex eo Plut. in Parãllelis c. 1. ubi & testimonio Demarati rerum Arcadicarũ li. 2. eãdẽ quoq; refert historiã, cõtigisse apud
6 Tegeatas, & Festus põpeius, quo loco de Sororio tigillo loquitur. † Sed & alia historia, ad hanc rẽ maxime pertinentẽ refert ipse Plutar. in Fabii Maximi uita, & Apophthegmatis eiusdẽ, quòd cùm miles quida Lucanus apud Nouũ Fabiũ esset accusatus quòd mulieris amore, noctu sæpe in castris uagaretur, alioqui uero mirabili amorum uirtute uir esse narraretur, mulierẽ quã ille miles deperibat, deprehẽdi eo clã nisi, & ad se duci, & accersito homine, quòd præter legẽ, iquit per noctes haud me latuit, ac ne prius quidẽ latuerat, quòd probitati studeres, quare fortiter tuis ac recte factis errata cõdonãtur. At posthac nequiscũ eris, habeo. n. sponsorẽ. & adductã mulierculã ei cõmendauit, ac tradidit. id quod etiã recensuit Plinius, si ue is est Suetonius, ut alii cõtendunt, siue Cornelius Nepos, ut & alii existimãt, in li. de uiris illustribus, quo loco
7 de Fabio Maximo scribit, & Valerius Maximus. li. 7. c. 3. † Sed & huc quoq; pertinet alia historia ab Herodoto referta, in Polymnia, qui liber est 7. Dariũ, illũ primũ Persarũ regẽ, Sandocẽ Aeolidis præfectũ ab hãc causam cruce affecisse, quòd cum è regijs iudicibus esset, iniquam sententiã ob pecuniã tulisset, sed eius in cruce suspensi Dagamas reputas plura peccatis esse, beneficia in domum regiam collata, hoc reperiens agnoscensq; properantius

8 se, quàm prudentius egisse, hominem soluit. † Et id quoque exemplo diuinorum bibliorum comprobare possumus. Ionathas enim Esau regis filius contra ipsius regis edictum fauum mellis ante uesperum comederat, tamē quia illa ipsa die Philistheos deuicerat, salutemq; in Israel fecerat, pius populi precibus liberatus est a morte edicto regis proposita, ueluti scribitur primo Regum, capit. 14. & repetitur in decretis canonicis 22. quæstio. 2. §. ult. Et hoc quidem ad hoc nostrum propositum annotauit

9 Io. Ligna. in tract. de bello, c. 29. † Adstipulatur & præcedentibus quod scienter ex facto respondit Bald. con. 58. item prouiderunt, & ordinauerunt. lib. 2. quòd prouisiones generales statutorum recipiunt tacitas exceptiones, propter causas emergentes, in quibus oportet specialiter prouideri. unde laudente causa spāli cessat prouisio generalis. Hinc est, quòd propter singularia merita singularis sit prouisio, quæ secundum generalia stat. nō possent fieri, per d. c. si quis in graui. §. is quoq; qui legitur cū §. utrū, ff. de SC. Syll. ubi dicit not. Bart. quòd si est prohibitū forensi, acquirere posse. in ciuit. tamen propter singulare meritū, ut qui multū operatus est in recuperatione alicuius castri pōt hoc ei cōcedi. Et hæc q de Bal. ubi supra, qui ad hoc dicit facere d. l. Aqui. & l. si pater. ff.

10 de don. † Quod aūt in principio de maiorū meritis, & beneficiis, ut prosint ut ad dimittēdū, aut certe leniendā pœnā delinquentis, ex hoc satis probatur, quòd maiorū merita ad posteriores trāseūt. ut pulchre uoluit bal. cō. 355. præmittendū est. col. 2. uer. quid igitur. lib. 1. quē refert & sequitur Soc. cō 84. accuratissime, col. 3. uer. ex quib. in propositio l. 3. Et hoc quidē uerissimum. Nam, & Ilris leg. filii remunerantur ex parentum meritis, ut uide re licet ex l. nemini, uer. filios autem. & l. petitione uersi. filius scriberet C. de aduo. diuersi. iudicior. & l. iubemus, uersiculo, & filio. C. de aduo. diuer. iudicium, quas

11 leges in id citat Roma. consi. 29. in causa maiori. † Cuius rei quoq; locus est apud Oratores. Nam & Tull. lib. 2. de inuentione, ubi de deprecatione differit, Oportebit,

inquit, omni, qui sibi ut ignoscatur postulabit, cōmemorare, si qua sua poterit beneficia; Et paulo post, Deide maiorū suorū bñficia, si qua extabūt proferre. Hicq; Marius apud Sallustiū in Iugurtha, Ad hoc alii si deliquere, uetus nobilitas, maiorū facta, fortia præsidio adsūt. Quintil. lib. 6. c. 1. Periclitātem cōmēdat dignitas, & studia fortio, & susceptæ bello cicatrices, & nobilitas, & merita maiorū. Hinc apud Liuiū 1. decad. lib. 2. Appius cū in uinculā duceretur, maiorū merita in Remp. collata cōmemorabat, ut pœnā deprecaretur. † Suntq; eius rei exēpla. Nā

12 Berenice, alias Pherenice dicta, cognomento Callipatera, cū uirum habito mētita ludis mulieribus interdictis interfuisset, ubi Pisithodū filiū coronatū uidit, meritis tamē suorū absoluta est, cū alias secūdū legē ex Typeo prærupto monte præcipitarentur, quæ id fecisse essent deprehensæ. authores Pausanias lib. 5. & Aelianus de uaria historia, lib. 2. cap. 7. Liuius 1. decad. li. 4. scribit M. Posthumium, Tribunū, ob rem malē ab eo cogitā, decem milibus æris grauis fuisse damnatū. uerū posteā ab oībus tribubus fuisse absolutū ob memoriā Connati patris, uenerabilis uiri, & iam exactæ ætatis. Sed & Tacitus lib. 2. re-

13 fert Plautio Laterano mortem quā ex sceleribus meruerat, fuisse remissam ob patrui egregiū meritum. † Illud tñ quod diximus de pœna remittenda, aut minuenda propter delinquentis aut maiorū in Remp. merita, intelligē dū arbitror, nisi quis atrocissimū, grauissimūq; in ipsam Rēp. facinus cōmiserit, nihilo. n. magis sua ipsius merita, & beneficia à punitione hmōi tam scelesti facinoris uindicare censuerim, qu im olim uindicarint Sp. Cassiū. quē affectæ tyrannidis conuictū, null› rerum gestarum, & honorū promeritorū rōne habita, populus Ro. capite multauit, ut scribit Dionysius Halicarnasseus Antiquitatū Romanarum lib. 8. & lib. 10. In oratione Siccii Dentati. vbi refert illum ter consulem, bis triumphantem, tot honoribus, tot rebus domi foriscq; gestis insignem, & nemi ni ætate sua secundum, ob tyrannidem de rupe datū præcipitem. De qua etiam Liuius 2. decad. libro 2.

14† Atque etiam Manliũ ob defensum Capitoliũ, Capitolinũ dictum, qui etũ sex decim annorũ uoluntariũ militem pro Rep. se obtulisset, 37. militaribus donis a suis ducibus ornatus, 23. cicatrices i pectore habuisset, capta urbe au thor in Capitolium fugiendi quadã nocte clangore anseris excitatus, Gallos ascendentes deiecisset, Patronus a ciuibus appellatus, & farre donatus fuisset domũ ẽt in Capitolio publice accepisset, tũ quonia regnum affectare, & ita libertatẽ Reip. opprimere conuictus est, nulla suorum in Rẽp. meritorũ rõne habita, ex sxia Ro. é saxo Tarpeio præcipitatus est, domus illius diruta, & bona publicata, in eiusq; notã factũ senatusc̃ũsultũ, de cui de Mãlia gente Marco cognomẽ esset. Cuius rei testes sunt locupletissimi Liuius 1. decad. lib. 6. Val. Maxi. lib. itẽ 6. c. 3. Plinius (aut quisquis is est) in lib. De uiris illustrib. & Plutarch. 1 § in uita Camilli. † De qua re & aliis multis similib. loquẽs Portius Latro, orator clarisx. in elegãti illa declamatione in Catilinã, Rectè, inquit, maiores nostri summis laudibus efferẽdi sunt, qui Sp. Meliũ, qui Gracchos, qui Mãliũ Capitol. qui Drusum, qui Saturninũ, fortissimos hominẽs & Reip. sæpenumero nõ mediocriter opitulatos, q; d̃ueniissent in affectatæ tyrannidis suspitionẽ, mortẽ mulctãdos esse putauerunt, Nec Sp. Meliũ fauor amplissimus ciuitatis, nec Gracchos aui sui amplissimi uiri memoria, nec Manlio celeberrima gloria Capitolii liberati, nec Druso sanctiss. sui penates, nec Saturnino ius sacrosanctæ dignitatis auxiliata est. Hæc ille. Cui adde quantũ ad Spurium Melium, Liuium 1. decad. lib. 4. Et bene facit quod in simili scribit Cæpola caut. 3. incip. propter maxi- 16 mã de quo dicemus infra, in seq. causa, nu. 2. † Neque id quidem mirũ uideri debet, cũ & alias ex Innoc. sxta propter sceleris immanitatẽ, atrocitatem, grauitatẽ, licitũ sit leges transgredi. Ita. n. passim allegatur ipse Inno. in c. 1. de cõsti. ubi dicit, quòd iudices possunt rõne casũs emergentiũ leges trãsgredi, & pœnas ordinarias augere, quem sequitur Host. ibi & Spec. dũ ad illũ i ea re simpliciter remittit, in tit. de cõsti. §. 1. i fi. & Arch. in c. qui bona. co. 3. uersi.

uersi. itẽ cã cognita. 17. q 1. & Bal. sæpe, vc3 in l. obserua re. §. proficisci. in 11. q. ff. de offi. proc. & in l. quid ergo. §. pœna grauior, co. 4. ff. de his qui no. ifa. & i l. si qs filio ex hæredato, §. hi ãt oẽs in fi. ff. de inmst. testa. & in l. 1. C. de precib. impe. offer. & i l. 2. co. 5. C. qui acc. nõ pos. & l. & si seuerior, co. 2. uer. secũdo op. & ibi ẽt Saly. C. ex qb. cau. infa. irro. & idẽ bal. i l. 1. i fi. C. de iur. calũ. & in authẽ. ho die, ubi & Saly. C. de iudi. & in authẽ. sed nouo iure. co. 1. C. de ser. fug. in quib. duob. postremis locis hoc itelligit solũ procedere i maioribus magistratib. vt hoc ubiter re cãsica, & idẽ Bal. in rub. extra de cõsti. & in c. 2. in fi. de re iudi. ubi dicit, q̃ hoc uerbũ multũ defendit assessores, qui pro bono publico quælibet statuta trãsgrediũtur. & in c. 1. co. qualiter olim feud. alie pos & in c. 1. §. iniuria. i prin. tit. de pac. iura. sir. & in c. 1. tit. i quib. caus. feud. amit. & consi. 152. plura rãgũtur, circa med. li 1. & con. 364. quia qõ ista, col. 1. li 3. & con. 443. Cechus cõsecit uenenũ, col. 2. co. lib. 3. & Angel. in l. quod si nolit. §. qui assidua. ff de ædi. edict. Pan. in c. super his, col. pen. de accusa. dum etiã simpliciter remittit ad Inno. in d. cap. 1. Ioan. Ana. in cap. 2. de adulte. & in c. ulti. de fur. Io. Plat. in l. oẽs. col. 2. C. de dela. lib. 10. Ro. consi. 429. considero in proposita consultatione, col. 1. & Alex. consi. 61. plura cõcurrere uidẽtur, col. 3. uer. accedit. quia ut inquit li 1. & cõ. 41. habita super prœritis, co. ver. accidit, q2, ut iquit, l. 2. Ang. Are. i §. 1. Insti. ui. bo. rap. & in §. ex maleficiis, col. 3. Institu. de actiõ. & in tract. maleficiorũ, in uerbo, & uestem cœlestem abstulit, col. 4. & Cæpol. in repe. l. si fugitiui, co. 13. in par uia. C. de ser. fugi. & Barba. in repe. c Raynaldus, col. 17. uersi. limita etiã prædicta, de testa. ubi hoc dictũ Inno. reputat sing. & in rub. de reser. in ele. col. 6. & con. 47. scribitur præclarè apud Eccl. co. 11. uer. & cũ dñ. lib. 1. ubi & il lud dictũ dicit eẽ sing & elegãs, & con. 64. scribitur lib. Heller. co. 2. eo. li. 1. ubi itẽ facit sing. & cõ. ult. col. 9. lib. 2. & con. 8. vbi Christus, co. pe. li. 3. & Feli. in c. qualiter & qñ. eius initii 2. §. ad corrigẽdos, col. 7. uer. sed pulchre dubitari de accu. ubi & hoc dicit sing. & i c. ita quorũdã, post

prin. de Iudæis. & nouissime Matth. Afflict. in consti. Siciliæ incip. Castellanus, col. vlt & in consti. cuius est initium, Patterenorum, col. antepe. & Hipp. Marsil. in repe. l. ulti. col. 73. & seq. C. de probat. & in l. 1. col. 7. uersi. sed

17 prædicta possent, ff. de fica. ubi, & hoc dicit no. †Sed Rosibi contrarius in repe. l. si uerò. §. de uiro. in 46. fal. ff. solu. mat. posteaquàm hoc dictū Inn. allegauit, dicitq; pro eo posse allegari text. optimū in l. ulti. uer. nec tamen ad hmõi C. de mod. mulc. & aliū quoque tex. meliorē in c. felicis. §. cæterū de pœn. lib. 6. ubi expresse dicitur, quòd propter immanitatē criminis debet pœna crescere. Cui est, & alius text. similis, licet non alleget, in §. hoc aūt, 33. q. 2. Tandem tamen ipse Ro. hoc dictum reprehendit, per tex. quem dicit sing. in l. diuus, eius initii. 2. ff. de falsi. secūdum intellectum eorum & glo. in uerbo, nõ possint, ubi ad hoc ut pœna augeatur propter sceleris atrocitatē, consulendus est superior, nec id potest iudex facere propria authoritate, inconsulto principe. Et secundū hoc, ut dicit, debent intelligi iura allegata pro sententia Inno. Quod dictū pro sing. reassumit Iason, aut quisquis is fuit in d. §. ex maleficiis, col. 2. uersi. accedat quod sing. Institu. de acti. ubi tamen dicit esse diligenter considerandum circa illum tex. d. l. diuus. quia peregrinus est, nec ei uidetur ut genter probare dictum Ro. Sed, & idem uoluit ipse Ro. in suis sing. & hoc sequitur, & dicit esse uerius, Cœpol. in d. authen. sed nouo iure, col. 21. in paruis, uersi. præterea dicit, & Feli. in d. c. 1. col. 17. uersū. nihilominus. Ludo. de

18 consti. & Hippo. in sing. 244. inci. tu scis illud. †Verū tex. in d. l. diuus, uel refragrante ipso Hippol. parū facit, sicuti iam ex sñia Iaſ. diximus, ad dictum Ro. nam ille tex. loquitur in eo, qui habebat iurisdictionem limitata, & casus de quo ibi agebatur iurisdictionem ipsius excedebat, sicuti dicit glos. ibi. & Barb. in d. c. 1. de constitu. & post eum

19 Philip. Dec. in 2. lect. col. ult. ubi dicit, quòd pro dicto Roma. est melior text. in l. 1. §. fi. ff. de quæstio. †Ipse tamen Barba. in rub. C. qui admit. char. 6. colum. 2. uersi. item dico in hac re distinguit, ex mente ipsius, eo tamen ca-

cito, An uidelicet de facili possit recurri ad superiorē, & consulendus è superior, per d. l. diuus. alias potest iudex eo inconsulto in nostro casu leges trāsgredi, secūdū Inn. sententiam, & hanc distinctionem sequitur Philip. Dec. in rub. col. 1. & dicit facere bonū tex. in l. ad bestias. ff. de pœ. & in d. l. 1. §. vlt. & quod ibi uoluit Bar. ff. de q. subiungitq; eandē dist. in c. si quis cōtra. de for. cōper. & in c. discti. eius initij 2. de appel. ubi ipse Dec. eius rei affert cō cord. Et idē uidetur uoluisse Fely. in d. c. 1. in 7. fal. ante fi. de cōstit. Quibus adde quod in simili no. Pan. in c. vl. co. 3. uersi. omnia prædicta. de eccle. ædi. & quæ ibi allegat.

20 †Sed quodcūq; hoc modo se habeat, illud certū est, multa cōtra hmōi immania flagitia à legibus esse introducta cōtra cōmunes iuris regulas. Imprimis tex. est in eā sententiā in d. l. 1. C. de prec. imper. offer. ubi seruus alioquin incapax admittitur ad supplicandū, & impetrandū rescripti, propter sceleris grauitatē. & ex eo no. Bal. in 2. no. ℣ propter enormitatē delicti non concedēda concedūtur.

21 †Secūdò in eā sententiā tex. est in d. l. si quis filio exhæredatos. §. hi autē omnes. ff. de iniust. test. ubi sceleris magnitudo tollit appellationē, nec propter eam suspēditur executio sententiæ. Et per illū tex no. Bal. in d. l. 1. ad fin. C. de iura. calū. quòd in delictis enormibus, licet interdū legē trāsgredi. Illi autē tex. similis est in l. constitutiones. ff. de appel. quē ad hoc facit sing. Gaspar. Val. in rep. l. imperiū. co. 58. uer. ultra istā doctrinā. ff. de iurisdic. omn. iudic. Alius quoq; in l. 2. C. quo. ap. non recip. ubi ad hoc illū tex. põderat Bal. & Sal. & alius in l. 1. C. de falsi. mo. quē etiā ad hoc no. Fely. in ca. sicut de simo. & alius deniq; in

22 capit. ut inquisitionis. de hæret. lib. 6. †Verùm Fran. Are. vir emunctissimæ naris in l. Pantonius. §. rei perduellionis. in princi. ff. de acquir. hære. hinc occasione sumpta, quòd gl. ibi sentit, quòd condemnatus lesæ maiestatis auditur appellans, dicit illam approbans contra Ro. quòd magnitudo, & atrocitas sceleris non tollit appellationē, nisi alias immineret periculū maioris sceleris, aut dāni, ut probat tex. in d. §. hi autē oēs. ibi, nō pœnæ festinatione,

sed prævenien di periculi causa, aut nisi reus esset convictus simul, & cõfessus, per d. l. 2. C. quor. appel. nõ recip-
23 † Tertiò tex. in l. mulierẽ. ff. de accu. & in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iuliam maie. & in c. tãta. de simo. Per quos not. Ro. in d. repet. l. si uerò. §. de uiro. in 46. fal. ff. sol. matri. quòd propter sceleris atrocitatem, mulieres, & alij
24 accusare prohibiti, possunt accusare. Quartò non absimiles sunt tex. in c. per tuas. de simo. & in c. in fidei. & ca. accusatus. §. licet de hæret. lib. 6. ubi propter facinoris grauitatem cõsors criminis admittitur in testimonium, alioquin nõ idoneus. Et ita etiã not illos tex. Ro. in d. 46. fal. Cui adde gl. in l. ult. C. de accu. quæ dicit illũ tex. quo cauetur neminẽ de proprio crimine confitentem, super cõscientia aliena esse scrutandũ, fallere in multis casibus illic à se enumeratis, propter immanitatem scelerum. quã glo. ad hoc expendit Fulgo. consi. 173. in causa inquisitionis, col. 1. † Verum lector amantissime, ne fallaris, illud te
25 admonitum uelim, quod diximus de teste alias non idoneo, ex tex. in d. c. in fidei, satisliquet, non ei omnino esse credendum, nec passim, sed tum demum si ex numero testiũ, personarũ tã ipsorum testium, quàm reorum qualitate, & aliis circunstantiis hmõi testes uera dicere præsumũtur, quod tibi ad modum notandũ, qui multi decipiuntur, affirmãtes ex eo simpliciter, hmõi testes esse recipiẽ-
26 dos. † Quintò huc uergit textũ in l. si quis in hoc genus sacrilegij. C. de episc & cler. per quẽ not. Angel. Aret. in tracta. maleficiorum. in glos. 1. col. 4. uersi. secundò principaliter, quòd propter immanitatem criminis potest procedi ad
27 specialem inquisitionem, aliàs prohibitam. † Sextò suffragatur tex. omnium C. elegantissimus, in l. nemo. C. de episcop. audi. ex quo not. Bald. in uerũcul. deinde not. quòd in diebus etiam paschalibus potest adhiberi tortura ad uestigationem enormium delictorum, sed, & per eũdem textum idem bald. in uerficul. item not. argu. dicit, quòd quando alicui conceditur arbitrium exarcerandi captiuos, sicuti uidemus quotidie in principibus, non possunt illos exarcerare, qui propter enormitatem sceleris detinentur.

28 nentur. † Septimò eiusdem notæ est tex. in l. addictos. C. eo. tit. per quem not. glo. ibi, quòd propter sceleris immanitatem punitur clericus à iudice seculari, secundum tamen distinctionem, quem ibi ponit. & satis cõcordat tex. in c. perpendimus. de senten. ex com. & quòd ibi dicit gl. in uerbo cogantur, in illis uerbis, Vel immiscẽdo se enor-
29 mitatibus. quæ & concord. adducit. † Octauò ad aliud quoq; huic loco accommodatissimum notãdus est text. in d. l. addictos. quòd propter criminis atrocitatem sententia executioni demandatur infra tempus decem dierum ad appellandum concessum. & ita illum not. Bal. super quo tamen uide Pau. Ca. ibi nar. & ipsum Paul. Ca. in
30 leg. addictos. C. de appel. & Bar. in leg. qui uit. ff. de pœn. † Nonò huc pertinet text. in l. per oes. C. de defen. ciu. ubi propter delicti grauitatem denegatur accusato aduocatus. & ita illum tex. allegat Ro. in d. repe. l. si uerò. §. de uiro. in d. fal. 46. & Angel. Are. in tract. malefi. in uerbo, & uestẽ cœlestẽ abstulit char. 2. uer. & not. bene. & Barb. d. cõsi. 46. scribitur præclare. col. 14. uersi. eũ ergo in casu nostro. l. 1. & d. cõsi. vl. col. 9. li. 2. ubi etiam facit sing. & d. cõsi. 8. col. pe. li. 3. & in l. 4. §. Cato. col. 38. ubi rursum facit sing. dicitq; se audiuisse illũ tex. allegatum fuisse ab egregio quodam aduocato coram Eugenio Papa in publico cõsistorio, ad hoc quòd manifesto usurario erat denegandus aduocatus corrupte tamẽ illic allegat l. iubemus. pro d. l. omnes. & idem barb. in c. quærenti, co. 10. de offic. Et hoc quoq; ponderat Fely. in c. 1. col. 16. in 7. fal. de constitu. (uide bal. in authẽ. sed nouo, iure. C. de sefugi. & alicubi in authẽ. habita. C. ne fili. pro pat.) & Hip. Marsi. in repet. l. ult. in 74. char. C. de proba. & in l. 1. in prin. col. 8. uersic. & inquantum. suprà. ff. de quæsti.
31 † Decimò, eccedit text. in l. prouinciarum. C. de fer. ubi propter facinoris enormitatem sententia criminalis quocunque die etiam feriarum diuinarum potest demandari executioni, & hoc ibi not. bal. quanuis aliàs fieri nõ debeat, ut dicit ipse baldus per text. eo. tit. l. ult. † Vndecimò, text. in l. 1. C. quam. lic. uni. sine iudi. antho. se uind.

per quem tex. dicit Bal. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de ca. dimi. quòd propter grauitatem sceleris licet alteri alterũ propria authoritate impune interimere, & ad hoc
33 etiã est bonus tex. in l. 2. C. eo. tit. † Duodecimò, huc spectat tex. i l. vlc. C. de male. & mathe. ex quo no. Bal. in sua Margarita, in uerbo, delictũ. quòd propter delicti atrocitatẽ potest quis capi à priuato, sine mandato iudicis, licet
34 alias secus per tex. in l. ult. & ibi doct. C. de cust. reo. cui §. † Decimotertiò prædicta confirmant tex. in l. 2. C. de fal. mo. & in §. ultim. authẽ. de nõ ali. per quos no. glos. in athletas. §. præuaricator. ff. de his qui no. infa. quòd propter enormitatem criminis accusator non probans nõ dicitur calumniari, ut quis ad accusationem illius facilius prosiliat, licet tamen regulariter secus, l. 1. C. de aduo. diuer. iudi. & hoc sequitur Pan. in c. 2. de calum. Quod non passim admitterem, sed tum demum, si probabili ratione aut præsumptione uerisimili motus ad accusationẽ prosi-
35 lierit. † Decimoquartò, ut ad ius canonicum accedamus, facit tex. in c. inter in prin. & ibi gl. ult. de purg. cano. vbi propter delicti grauitatẽ infamatus à beneficio quoq; ne dũ ab officio suspendi potest, donec se canonice purgauerit, licet alias secus. & ibi Pan. dicit illũ tex. esse ad hoc no-
36 tabilẽ. † Decimoquintò in hoc albo est, & tex. in c. nostrum. de uerb. signi. ubi in grauioribus, & enormibus delictis clericus degradatur, & curiæ seculari traditur, licet nõdũ sit incorrigibilis, quãquã alias id nõ fiat, præterquã in tribus casibus, & cũ est incorrigibilis, secũdũ gl. in c. ad abolẽdam. de hæret. Et ita illũ tex. intelligit, & ibi Pan. ibi in 3. no. & ẽt uoluit idẽ Pan. in d. c. ad abolẽdã. & in c. 1. col. ult. de his qui fil. occidit. & in c. at si clerici. & in c. cũ nõ ab homine. de iudi. & ibi ẽt Pet. An. & idẽ Pet. in c. ea quæ. in 19. q. de reg. iur. lib. 6. ubi dicit ita fuisse decisum Venetiis in horrendo quodã homicidio. & Dom.
37 in c. non licuit. 17. dist. & Barb. d. consi. 64. † Quæ sententia nihil omnino dubia uidetur, si considerauerimus clericos, uel citra degradationẽ posse puniri à iudice laico, propter enormitatem scelerum, ut dictum est. & uerum

dicit glo. in c. cũ nõ ab homine, in uerbo, nuntius. ibi, sed secus, si enormitatibus si immisceat de sentẽ. excom. per tex. ibi. & glo. in d. c. perpendimus, etiã per illum tex. eo. tit. & etiam per tex. in c. in audientia, eo. quoq; tit. & glo. item in c. contingit in uerbo, ordinati. in eo. rursus uti. ui
38 de Panor. & Felinum in d. locis. † Decimosexto ut quoq; respicit tex ĩ c. ita quorundã de Iudæis. ex quo not. Felin. ibi in 1. not. quòd propter immanitatẽ delicti ecclesia plures pœnas uni delicto imponit, licet regulariter secus. ẽ.
39 at si clerici. §. de alteris. de iudi. † Decimoseptimò tex. in c. mulier. 15. q. 1. ubi propter sceleris atrocitatẽ brutum quoq; animal punitur, & ita ad hoc ponderant illũ tex. Ro. in d. fal. 46. & barb. d. cõs. 64. li. 1. & d. cons. ul. li. 2. ubi facit illũ tex. sing. in d. §. Cato. ubi etiam facit sing. & Felyn. in d. c. 1. ubi, supra citauimus. de cõstit. & illũ eoã tex. multum cõmendat Imo. in l. defuncto. ff. de publi. iudi. & Iason in l. furiosum col. ul. C. qui test. fac. poss.
40 † Decimooctauo mirum in modum hoc cõprobãt, quod supra diximus in 3. causa, nu. 6. incip. dicit tamen. & seq. quòd furiosus, qui alias non punitur ex crimine ante furorem commisso, tamen propter immanitatem facinoris
41 capite punitur. † Decimono eiusdem notæ est, quod scribit glo. ut iam tex. relinquamus, in l. admonendi. in glos. magna, paulo ante fin. ff. de iureiur. quod deferrur inter
134 † Ad hæc respicit & illud quod no. dicit Speculator. de requi. cō. §. 1. uer. itē fac eos iurare, quod cōsultor debet iurare se recte cōsulturū, nisi tū huiusmodi fuerit, cui cōsiderata illi⁹ personæ qualitate, sine iuramēto fides possit adhiberi. quē & ad hoc allegat Fel. ī d. c. super his, de ac. & Hipp. Marsi. in d. l. 1. §. ad quæstionē. col. ul. ff. de quæstion. ubi hoc dicit esse notabile uerbū. ex quo cuiq; manifestū est nōnunquā remitti iuramentū alioquin necessariū propter personę integritatē. † Cui nō magis absimile est quām apes apibus, ut uiunt, illud cātatissimū Xenocratis exēplū, cuius sanctitati sinceritatiq; tātū fuisse cō cessum prodidit antiquitas, ut cū aliquādo testimoniū dicere coactus ad arā accessisset. ut iuraret se omnia uere retulisse (nullius enim iniuriati testimoniū apud Atenienses admittebatur) consurrexerūt uniuersi iudices, proclamaruntq; ne iusiurandū diceret authores Cic. Ad Att. li. Epist. 1. epist. 12. & in oratione pro Corn. Balbo, ubi tū Xenocratis nomē supprimit, Vale. Max. lib. 2. c. 5. in fi. &

136 Laertius in uita ipsius Xenocrat. † At secundū leges nostras illud in teste non procederet. Nullius enim testimonio quantuncūq; religiosi credendū est, nisi iuratis deposuerit, ut est tex. no. in c. nuper nobis, de testi. etiā si sit episcopus. c. ul. de iura. cal. imo uero etiā si sit Cardinalis, ut dicit gl. no. in c. cū olim, in uerbo fratrū, de priuil. quā & facit sing. Panor. ibi, col. 2. & Alex. cōl. 180. in causa Angeloti. co. 2. li. 2. ubi facit eā sing. & Fel. ī c. cuis, polt prin. de testi. & in c. sicut, ad fi. de senten. excō. & in c. cū dilecta, co. 8. in 4. signo, de rescrip. & in c. super his, co. 4. in 3. cōclusione, de accusa. & Ia. in repe. d. l. admonēdi, co. 76. uer. x. prædicta regula. ubi facit illā sing. & Philip. Dec.

137 in c. tertio loco, col. 3. in 6. no. de probat. † Nō tū in hac parte silētio iuuluēdū est quod & huic loco maxime cōsentaneū, uoluit d. gl. in d. c. cū olim, in eo ipso uerbo, fratrū. quòd si testis non iuratus, sit alias probus & honestus, facit præsumptionē, aliorūq; testiū fidē corroborat. Quā gl. ad hoc ponderauit Cacialupus in repe. d. l. admonendi, col. 45. uer. ex prędictis adde. & ibi etiā Iaſ. co. 28. uer.

uer. tertio quærit. Vbi illā dicit ad hoc no. & sing. & hoc quoq; dicit tenere Bar. in l. solā. circa prin. C. de testi. in lectura Bono. quā cōmuniter nō habemus, & ad hoc allegat Inno. in d. c. nuper, & hoc etiā uoluit Anto. in c. cum olim, de dol. & contu. quē refert & sequitur Hipp. Mar.

138 in l. 1. §. ad quæstionē. ff. de quæstio. Illud aūt ad rē nostrā maxime pertinet. quod uoluit glo. no. in c. ul. de fid. instr. quòd licet instrumētū debeat exemplari (ut uerbis nostrorū utamur) per publicā personā authoritate iudicis, per tex. ibi tū, id pōt fieri per aliā honestā personā, maxime si desit publica. quā gl. facit sing. sed reprobat Car. Flor. ibi, & eā sequitur & approbat Fely. col. 4. in 4. no. Nec prorsum ab instituto diffultat, quod a bal. scribitur in c. ul. col. pen. de confess. scisciātē, cur potius statur cedicibus rationū mercatoris, quā aliorū. Cuius rei plures affert rationes. inter quas & illā adducit, quoniā mercatores sunt homines emendatioris uitæ, & probatæ fidei, & legalitatis. unde scriptura eorū pīsumit cēmēdata, & fidelis, ar. eius quod no. in l. 1. §. is aūt. ff. de rip. mun. supra sæpius citato. & idē uoluit ipse bal. cō. 198. ad inteligētiā huius materiæ, co. 3. li. 1. cū dicit, q; scripturæ mercatorū ēt priuatæ ex gñali cōsuetudine reputātur ueluti authēticæ & credibiles (hęc. n. sunt illius uerba) propter mercatorū præcipuā fidelitatē, & expertā legalitatē. Quo & ipsum ipsē uerbis repetit cō. 466. li. 4. Ut idē quoq; bald. in c. cū dilectus, Paulo ante fi. de fid. instru. dicit, quod scripturæ mercatorū faciūt magnā præsūptionē, ēt per se propter probatā eorū fidē & legalitatē. allegat bar. l. nuda ratio. ff. de dona ctius in ea re dictū supra citauimus. Quibus cōsonat Ro. cōs. 205. in puncto proposito polt princ. ubi dicit, quòd scriptura priuata mercatorū facit etiā pro eis

140 aliqualē probationē proter eorū elegantē fidē † Ego tū ut super hoc dicā, quod sentio, fateor fidē in mercatoribus exuperantiorē deposci, qua in cæteri. Nā ut pulchre dicit Ang. cōs. 219. arbitror dictā litē. in prin. domus mercatorū debet esse domus ueritatis, & æquitatis, ob id potissimum, quòd ad fidem eorum cōmuniter confugitur.

Et

Et alibi consil. 77 super primo puncto. uer. hoc præmisso, Cū semper alias, inquit pacta, quib. lex aut natura nō reluctat, sunt seruanda tanquam lex ipsa. l. 1. ff. de pact. & l. legem. C. eo. cum si rum præcipue cum sunt inter mercatores inita, inter quos ut plurimum iudicari solet ex bono, & æquo, & non de rigore. id quod uidetur accepisse a Bar. in l. si fideiussor. 5. quædam ff. mand. ubi dicit, quòd in curia mercatorum, ubi negotia debent decidi bona æquitate, non potest opponi ista exceptio, non interuenit stipulatio, sed solū nudū pactū. Cuius in utroq; loco dicta sequitur Bal. ī d. § quædā, in addi. ubi hoc dicit notandū, & in l. si pro ea, col. pe. uer. uenio ad secudā partē C. manda. Et idē uoluit ipse Bal. in c. 1. col. 2. uer. ex pacto de pact. cū dicit, quòd ex pacto nudo agunt mercatores inter se, per no. in §. 1. in auth. de fideiuss. & idē bal. in c. si pro debilitate. co. 2. uer. secundo dicitur, de offi. del. ubi dicit quòd pactū nudū nō differt a stipulatione, & in mercatoribus, & aliis qui plurimū negotiantur, in quibus potissimū requiritur bona fides & legalitas. quod dictū cōmendat Alex. in l. iurisgentiū. § sed cū nulla, in fi. ff. de pact. ubi tamē subtrepide asserit sed illud pro certo, & cōstāti firmat idē Alex. cons. 113. perspectis his col. 3. uer. li. 6. & Ias. in d. § sed cū nulla, col. 3. in. 2. limitatione. & in l. lecta, col. 8. uer. quartus casus. ff. si cert. petatur. & simpliciter sequitur Fely. in d. c. 1. co. 1. alias pe. uer. casus autē. de pact. & Phil. Dec. cōs. 7. cuius superscriptio incipit mercatores Flor. col. 2. uer. sed prædictis minime obstāti bus. & cōs. 107. in causa, quæ nomine hęredū Antonii, colūna. 2. uer. similiter promiserit soluere. & cons. 116. in cau Aluisii. post prin. & Catellinas Cota in memoriali, cuius est initium, Pactum nudum. Quanquam hoc reputabat ut obiter dixerim Rom. in l. filiusfamilias. ff. de do-
141 nat. per no. ab Inno. in c. 1. de constit. ¶ Verū supra dictis simile est, quod dicit ipse Bald. in d. cons. 198. col. 2. lib. 1. quòd in causis mercatorum, ubi de bona fide agitur, non congruit de iuris apicibus disputare. quod & idē dicit cōs. 400. in libris Thesaurariæ, col. pen. lib. 5. ubi addit esse

esse solū disputādū de mera ueritate, & cōsuetudine mercātiæ, & Ang. ī l. argētarius, ff. de edē. ubi dicit q̄ in tribunali mercatorū nō habet locū nisi ueritas, & æquitas, & cons. 216. ubi dicit, q̄ ī curia mercat. ubi agitur de bono & æquo nō pōt peti pęna ultra id quod interest. & Flor. de S. Pe. inter con. Raph. Co. cō. 7. uisis cōpromiss. col. 16. uer. tales ergo exceptiōes. & Imo. cō. 141. uisis statutis, & iterū cō. 146. ī casu Nānis, co. vl. & Ro. cō. 94. uisis his quæ narrātur, co. 1. uer. 3. ubi dicit à mercatoribus præcipuè bonā fidē, ac merā æquitatē, prætermissā iuris solēnitate, eē obseruādā, & iterū cōsi. 192. negari nō pōt, ī prin. & Barb. con. 7. sapiēter nō fallor col. 11. ver. & si quispiā dixerit, li. 2. & cōsi. 29. Altiss. optimi Dei, col. ult. in fi. eo. li. 2. & cōsi. 86. illud referā in med. co. 1. lib. 3. ubi per hoc dicit, q̄ iter mercatores nō est disputādū de modo, & solēnitate captiuæ personæ, modò uerū sit debitū. & Arē. in l. 4. §. Cato, post prin. ff. de uerb. obli. ubi sequitur illud dictū Ang nouissimè allegatū Alex. post Sali. in l. placuit. C. de iudi. & cō. 41. uiso pūcto, co. 2. li. 3. Soci. in rub. ff. de uerb. obl. col. 2. ubi dicit & post eū Lāeel. Galiaula, char. pe. quòd in curia mercat. circa cōuentiones obseruandū est ius gentiū. & idem Soci. con. 120. cùm præsenti consultatione, col. 7. lib. 1. & con. 63. in cā Ser Petri, li 4. ff. & con. 65. cōclusio supra firmata, ad fi. eo. li 4 & Phili. Deci. in l. in oībus. col. 1. ff. de reg. iur. & cō. 48. diuino implorato patrocinio ac maturè & diligenter, col. 3. in 4. cō firmatiōe, in fi. cùm dicit quod apud mercatores maxime æquitas inspicitur, remota duritiæ & omni uerborū rigore. & Iason in §. item si quis, col. 14 ad fi. uer. quartò limitatur, Institu. de actio ubi per hoc dicit singulariter, q̄ cū excussio sit de apicibus iuris, ut sing. uoluit Bal. in l. si mācipiū. § 1. ff. de euictio. in suis apostillis, post gl. ibi, ualdeno. in uerbo, esset, & sequitur Ang. Arē. i d. §. item si quis, colum. 13. & Barb. d. 86. co. 2. li. 3. Ideo hæc exceptio excussionis non habet locum in curia mercatorum. de qua re alibi, ut spero latius differemus. Denique huc adduco quod scribit Bald. in consilio 348.

142 †In mercatoribus ergo fides exuberātissima req̃rit̃. Sed tātū abest, ut in eis fides exuberet, ut in eis sit multò mitior, & ut sic loquar, sterilior, quā i cæteris, quippe cū dolis, fraudibus, mēdaciis, periurijs, sint ante oēsdediti, ac ueluti mācipati. ut uis sperādū sit salute aīæ mercato. un de illud est psalmistæ cap. 70. quia nō cognoui negocia tiones, introibo in potentias dñi. Quē locū enarrās diuus Augustī. Nagotiator, inquit, auidus acquirendi pro dāno blasphemat, pro pretiis rerum mentitur, & peierat. & ut scribit Tullius de mercatorib. lib. 1. Officiorū, nihil profi ciunt nisi admodū mentiātur. proinde bal. in c. cum cām, huius initii 2. Quò, inquit, ibi aia mercatoris. Et ad hoc o- ptimè facit cap. eiiciens, & sequitur 88. dist. Et de hac re late per Lucam Pen. in rub. C. nego ne. milli. lib. 12. & la tius scripsimus in nostris Comment. Nobilit. cap. 33. nu. 8. inci. quid quòd, & nostræ, & multis seq. Ideo uix acce derē ac illā Bald. sententiam citatam supra nu. ab hinc. 3.

143 †Facit ergo, & ad supradicta quod uoluit Frede. Senē. quē sūmū doctorē fuisse dicit Io. And. eo tñ antiquior, in c. 1. de ætate, & quali. li. 6. quēque summū canonistā ap- pellat Barb. in rep. c. Raynaldus, quā Ioāninā uocat, col. 172. de testa. ille aūt consi. 52. quidā prælatus exēptus, & iterū consi. 200. casus talis est. quidā episcopus iurauit. di cit, quòd etñ prelatus nō possit in cōsanguineos alienare res ecclesiasticas ētī casib. præmissis, authē qbuscūq; C. de sacro. eccle. & c. hæc usus præstatio. 10. q. 2 neq; œco- nomatū eccl. cōsanguineis cōmittere, propter suspitionē rōnis nō exigēdæ. c decenter. 89. di. id tamē nō procedit in coniunctis honestæ, & probatæ uitæ, quia per hoc tol luntur suspitiones doctorū canonum. quod & idē uoluit, eo tamen tacito, Bal. in cap. 2. col. 3. uersi. quæro iterum utrū laicus, de iudic. arg. no. in l. 1. §. is autē, ff. de rip. mu

144 nien. Sed, & facit quod dicit gl. in d. c. decenter, †Neq; subticendum quod tradit Geor. Natha in illa ubertima repe. cle. sæpe, in prin. co. 76. de uerb. signi. ubi posteaquā multos retulit, qui id reprobarunt, quod dicit Bar. in au- th en. nisi breuiotes, C. de sentē. ex breui. recit. stari assertioni

tioni iudicis in causis breuibus, in quibus procedit sine scriptura, ideoq; ēt stari assertioni arbitratoris, cui data ē ptās procedēdi sine scriptis, tandē subdit, inspiciendā esse qualitatē personæ iudicis, uel arbitratoris. nā in eo posset esse tāta rectitudo, & legalitas, quòd in illo, posset cadere dictū Bart. Allegat tex. in d. c. 2. de noui oper. nunt. & in

145 d. c. nisi essent, cum ibi nō de præben. †His fauere uide- tur, quod dicit Bal. in repe. rub. de fid instr. col. 3. uersi. & ex istis apparet, quòd licet notarius, qui omisit ponere locū aut tps in cōtractu præsumatur id falso fecisse, pos- set tñ esse ita uiolenta præsumptio bonitatis notarii, ut præsumeretur hoc per errorem accidisse, & ad id allegat

146 dictū Host. i d. c. fidē. de quo supra dixim⁹. †Superiora cōfirmat, quod not. uoluit Imo. in c. cupientes, §. quod si per 20. col. 4. de elect. lib. 6. q; ad probandū impedimen- tū nō sufficit solū iuramentū eius qui se dicit fuisse impe- ditum, q; aliæ probōnes faciliter haberi possent, nisi tñ tāta esset honestas personæ, q; uideretur stādū iuramēto illius. quā decisionē sequūtur ibi Domi. & Philip. Franc.

147 †Nec minus adiuuat quod elegāter decidit Ang. i repe. l. fallax, col. 1. ver. sed ut tene. C. de furt. q; licet procura- tor cōstitutus ad exigēdū nō possit solutionē recipere, fal lit tñ in hoc magnæ fidei, qui poterit a uolēte recipere.

148 Quā decis. approbat Alex. in l. 3. in 2. no. ff. sol. mat. †Sed & de grege illo est (ut utar uerbis Terētii) tex. no. in §. his oibus 61. dist. qui propter personæ integritatē, & sanctita- tē laicus in episcopū assumi pōt, licet alias secus. quē tex. ad hoc facit sing. Barb. d. con. 41. Deū inuocēt adiutorē, col. 4. lib. 3. & Feli. d. c. super his, de accu. sed & pro ualde not. citat Ro. in repe. l. si uero. §. de uiro, in 1. fal. ff. solu. mat. & per illū tex. in ea decernimus, col. 3. de iud. singu- lariter ad quod cōiter tenent ibi doctor. laicum non pos se constitui uicarium episcopi, ut uidelicet non habeat lo cum in laico magnæ sanctimoniæ. quem tamen reprehē dit Philip. Dec. ibi, in repe. col. 15. uersi. secunda conclu- sio. ob id potissimum, quòd in casu illius. §. his omnibus, laicus in episcopum electus desinit esse laicus, nō autem

uicarius episcopi,per illlum quoq; text in illo ipso §. his oĩbus.dicit rẽ satis mirã Barb.in l.1.§.si stipulãti.uer. ego dicebã.ff.de uerb.obli.quòd si quispiã maxime sanctimoniæ nollet ingredi monasteriũ,nisi retineret suũ patrimoniũ,certe posset profiteri religionẽ,& tenere bona,quod
149 an sit uerũ, cæterorũ sit iudicium. † His proximũ est. q licet episcopi debeant esse periti, & literati, iuxta illud Oseæ 4.Tu scientiam repulisti,& ego te repellã,ne sacerdotio fungaris mihi. in quã ẽt rem plura congerit Gratianus in 6.ecce.36.dist.quo tũ sciẽtiæ, & eruditioni detractum est,id morum sinceritas cõpensat,ut est tex. no. in c.nisi.§.ne pro defectu. de renũtia.ubi sũt uerba hmõi. & ideo imperfectũ scientiæ põt supplere perfectio charitatis,per quẽ tex. dicit alibi Inno.muolutẽ tũ ut plerũq; oĩa,ut uidelicet in c.1.post prin.de sum.trí.& fi. cath. q in his ẽt in quib.scia necessario requiritur, & quod sæpe papa dispẽsat,ut uiri integerrimi, licet literati,& in cẽporalib.ĩexperti sint episcopi.Quod dictũ reputat mirabile Feli.in c.si qñ.col.10.uersi.dum gl.hic dicit paratũ debe
150 re,de rescri.† Et quia de dispẽsatiõe locuti sumus,illud & hic non silenter prætermittendũ est,non solum in casu proximo,sed & fere semper alias,cũ probis uiris dispẽsari per tex.no.in c. Lugdunensis.9.q.2.in illis uerbis, Si tamen eorũ probabilẽ uitã id indulgẽtiæ prospexeris promereri.ubi clerici ab alieno ep̃o cõtra statuta sacris initiati,si alias sint probabilis uitæ,possunt,imo debẽt a suo ipsorũ episcopo recipi,& c. tali.1.q.7.ubi dicitur q licet filii raptorũ uirginũq; raptarũ ecclesiasticis ordinibus nõ debeãt applicari,fallit,tũ ubi eos euidens meritorũ prærogatiua cõmẽdaret,c.ordinatiões.9.q.1.ubi papa misericorditer eos suscipit,qui ab epis.in schismate a Ro. Ecclesia separati cõsecrati sũt,si uita & scĩa eos cõmẽdat. Et ẽ similis fere tex.ĩ c.si qui a simoniacis.1.q.1.ubi Papa eos misericorditer sustinet,q nõ simoniace à simoniacis ordinati sunt,si tũ eos laudabilis uita cõmẽdat.& tex.ĩ c.ĩno tuit.de elec.ĩ illis uerbis,Multa.n.in hoc casu dispẽsationẽ inducere uidebãtur,literarũ scĩa,morũ honestas, uitæ uirtus,

virtus,& fama.ubi Pan.ĩ 7.no.dicit per illũ tex. q merita personæ multũ iuuãt ad obtinendã dispẽsationẽ,& ca.de monachis 77.di. vbi deuotio, ꝓbitas,& honestas supplẽt tẽpus,atq; ætatẽ,quod & ibi not.gl.& ad idẽ tex.est in l.
151 2.C.de his qui uẽ.ætat.impe.cũ si. †Et sanẽ indignũ est (ut utar uerbis Valerii Maximi,h.3.)eũ honori nondũ tẽ Pestiuũ uideri qui iã uirtuti maturius ẽ. Propterea prisci illi Ro.quorũ exẽplis ueluti norma quadã formatur mor taliũ uita,cũ insigni egregiaq; multorũ indole admonerentur,in magistratibus dadis,non esse spectãdos annos, sed æstimãdũ uirtutẽ,cuius plerũq; quã ætatis, cursus solet esse celerior.P.Corne. Scipionẽ cui posteà ex uirtute Africano cognomẽ fuit,Titũ quoq; Flaminiũ, & alios plerosq; admodũ adolescẽtes posthabitis legib. annalib. cõsulesrenũtiarũt. Quod cũ ab aliis multis,tũ à M.Tullio nõ inelegãter memoratur in Philip.5.cũ iquit, Legib.annalibus cũ grãdiorẽ ætatẽ ad cõsulatũ cõstituebãt, adolescẽtiæ temeritatẽ uerebantur.C.Cæsar ineunte ætate docuit, ab excellẽti eximiaq; uirtute progressum ætatis spectari ũ oportere. Itaq; maioresnostri ueteres illi admodũ antiquas leg.annales nõ habebãt.quas multis post annis attulit ambitio,ut gradus essent petitionis ĩter æquales. ita sæpe magna indoles uirtutis priusquã reipu.prodesse potuisset,extincta fuit. At uero apud antiquos Rullii, Decii,Coruini,multiq; alii.recẽtiore aũt memoria superior Africanus T. Flaminius admodũ adolescẽtes cõsules facti sũt,tãtas res gesserũt,vt Po.Ro.imperiũ auxerint,nomẽ ornauerint secundũ quã snĩam Corne.Tac.lib.11.hi storiæ Augustæ,Apud maiores,inquit, uirtutis id primũ fuerat,cunctisq; ciuiũ si bonis artibus fiderent.licitũ pete re magistratus,ac ne ętas quidẽ distinguebatur,cũ prima
152 iuuẽta consulatũ.ac dictaturã inirent. Hæc Tacit. †Sed & è nostris,Hieremias & Daniel i puericia donũ prophetiæ accepisse,factique a Deo iudices fuisse leguntur.Dauid,quoque & Salomon in adolescẽtia unctiin reges,Dei O.M.iudicio inuenũtur. Ioan.etiã,& Paulus Apostolus cũm adhuc essent adolescentes, a Dño electi sunt, & cũ

aliis ad prædicandum missi. Quæ omnia retulit Gratianus 78.di.§.hoc regulariter,de qua re & nos multa diximusin nostris Commentariis Primigeniorum, in præfa.

153 †Iuxta prædicta annecti pōt text.no.in c. quibusdā. in fi.1.q.1.ubi propter uitæ meritum excusatur quis ab ambitu,& simonia,ut.s.preces in casu illius c. non inducant simoniā,aliàs argueretur.si meritū deesset,& tia ibi no.gl.

154 & etiā in c moramur,in glo.ul.61. di.† Neque admodū huic dissidet quod refert Cardi.Flor.non minus eruditione clarus,quàm dignitate,in cle.1.in 39 quæst.de priuil. se quidē à pœna illius cle.excusauisse quēpiā religiosum sanctæ uitæ,qui iuris ignorantia ductus eucharistia ministrauerat sine licentia parrochialis presbyteri. Cui sententiæ adhæsit,& Feli.in c.causam ante fi.de offi.deleg.

155 †Concinit & superioribus quod scribit Barb.in c.1.de iud.id quod ex eo tex.no.ab Anto Pan.& cæteris recentioribus,eum aduersarium in lite præsumi inimicum,procedere, nisi talis aduersarius esset uir magnæ sanctimoniæ per tex.in d.c.2.de oper.no.nūt.& quædā ex his quæ supra adduximus. Et hoc sequitur Boschus Codecha in

156 d.c.1.col.9.uersi. quod autē aduersarius,de iudi.† Possem infinita prope congerere, sed adhubēdus est modus, & aurium satietati parcendū. Verum quòd citra fastidiū fit,addam superpondii loco, omniū quæ supra diximus, rationē ueluti generalem,cur uidelicet tanti bonos probosq; uiros facimus, ut tā impēsè illis credamus, pro illisq; & eorū actibus semper in dubio in bonā partē præsumamus. Ea uero est, Nā sicuti qui mali,& improbi semper antea fuerunt, nūc etiā eiuscemodi esse atque posthac futuri præsumūtur,ut alibi fusius latiusque explicabimus. Ita & qui antea boni fuerunt,& probi, nunc quoq; tales esse,atque in futurum fore uideri debet,adeo ut nihil quicquam quod a bono uiro sit alienum.facturi credātur,præsertim ij qui se diu uirtutibus,& probitati addixerunt,quiq; cū ipsis uirtutibus lōgo tempore uersati, ubere s earum atque iocūdos fructus produxerūt, de quibus hic semper intelligimus,ut dicā infrà plenius,hmōi enim homi-

homines,difficilime agerrimeq;, & nō nisi lōgo tēporis interualdo,a uirtutibus ad uitia deficiūt. Sūma est enim omnium philosophorū cōsensu.difficultas,aliquē dimouere ab habitu uirtutū etiā ciuilium & politicarum,nedū purgatoriarū. Propterea M.Tullius omniū doctrinarum ne.dicā horarū homo & is cōsumatissimus in ea oratione,quā pro Publio Sylla elegantissime recitauit,Omnibus,inquit, in rebus iudices, quæ grauiores maioresq; sunt,quid quisq; uoluerit,cogitauerit,admiserit, non ex crimine,sed ex moribus eius qui arguitur,est ponderādū neq; n.potest quisquā nostrū subito fingit, neq; cuiusq; repēte uita mutari,aut natura cōuerti,nemo repēte sit summus,nemo repēte turpissimus. Quæ posteriora uerba, suppresso Ciceronis nomine, usurpauit Gracianus in §. hæc quæ de charitate.& §.è cōtrario,de pœn.d.2. ubi & gl. in eam sententiam citat illud Satyrici poetæ,Saty.2.

Nemo repente fuit turpissimus.accipient te
Paulatim,qui longa domi redimicula sumunt.

Quibus cōcinet Quinti.si is est in declamatione,cui titulus est,Paries palmatus,Quid ante,inquit,perdite, quid flagitiose quid īpie fecerit,per quæ se parricidā scelera, promiserit. Inocētia per gradus certos ab homine discedit. Et ne in maximis trepidet audacia,diu uires ī minoribus colligit. Nemo inde cœpit,quo incredibile est peruenisse. Idq; est quod alibi dicit rex in §.1.uer hinc aūt nobis,alia d.uer.a multis pro §.allegāt,in authen.de mona.

157 re. †Quod &ipsū prope diuinitus sub inuolucro quodā portico significare uoluit Vir.ille naturæ cōsiliarius,omniūq; rerū cōscius. Is.n.ut eruditissime declarauit Lādin. in suis elegātissimis qōnibus Camaldulēsibus, & iterū in cōmētariis quos ipsum Vir.scitēr quidē & erudite conscripserit cū Didonē primo impudicitia tēperātiæ habitu confirmatam ostēdisset,tum illo uersu primo Æneidos.

Tum breuiter Dido uultum demisse locuta est.

Tū alijs cōplurib⁹ nō illā postea scribit mox fuisse amoris ueneficijs adeo immutatā,ut repēte uolēs atq; alacris ex

temperata intemperans efficeretur, sed paulatim, & uelu
ti per gradus quosdã, idq; ægerrimè, & non sine acerrimo
certamine. neq; n. statim in amorẽ penitus lasciuũ, & feri
nũ uerũ humanũ, & eũ honestũ, & qui diuinum quoq; ali
quo modo saperet, incidisse tradit, ut qui non proficisce
batur ex forma, & specie corporis, sed ex multa uirtute
uiri, quẽ, & admirata est Dido, & admirando amare cœ-
pit. Incepit igitur irrepere uitiũ sub uirtutis specie, aliter
. n. capi mulier tẽperata nõ poterat, cũ autẽ patefacta iam
esset amori uia per uirtutẽ, incœpit admiscere aliquid de
terrius, sed nõ tũ malũ. Nã obtulit nobilitatẽ generis, quę
illã uehementius deuinceret, atq; colligaret, ac demũ illã
istis implicatã, ipsa corporis specie ac pulchritudine ag-
greditur, hærẽt. n. pectore uultus, ut & religio, sed potius
suspecta repẽtina sit, recẽsq; morũ conuersio, Aegisippo
158 teste lib. excidij Hierosolymitani, primo. † Igitur nemi
nẽ probũ hoc loco existimare debemus, priusquã diutius
mores illius probati fuerint. Neq; n. ut scribit Seneca lib.
de Ira, secũdo, apertis manifestisq; priusquã diutius mo-
res illius probati fuerint, statim accedẽdũ est. quæda. n.
falsa ueri speciẽ fuerũt. Dandũ semper est tẽpus, ueritatẽ
enim dies aperit. In hac re autẽ tẽpus triennii adhibere
debemus, ut probitatẽ cuiuspiã satis exploratã cõproba-
tamq; habeamus, maxime si olim fuerit non satis honestę
uitæ, per tex. no. ĩ §. 1. uer. hinc autẽ nobis. (aliàs ille uers.
allegatur pro §.) in authẽ. de mona. in illis uerbis, ad uir-
tutis augmẽtũ triẽnalis temporis testimoniũ, &c. & quod
ibi no. Ang. de qua re dixi late suprà, in 29. cã. nu. 5. incip.
aut quocũq;. sed his quæ ibi dixi, adde optimũ text. no. à
paucis in eã rẽ, annotatũ in c. ĩ quis incognitus. 17. qõ. 2.
ubi laicus ignotus non recipiendus est in monasterio, ni-
si fuerit triẽnio probatus, & ita per illũ tex. uoluit glo. in
159 c. ad apostolicã, & ibi post eã Pan. de regula. † Neq; etiã
satis est, ut semel quis, aut in uno actu bonus uir proba-
tus sit, sed ut sæpissime & in pluribus diuersisq; actibus
perspectus exploratusq; sit necesse est. Nam sicut vete-
re prouerbio apud Aristotelem libro Ethicorum 1. capi-
te. 7.

te 7. μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, id est, una hirundo uer nõ
facit, quod & usurpauit Bal. in l. iura constitui, in prin. ff.
de legib. & in l. ul. uers. pone in instrumento non cõtine
tur. C. de bono. possi. secun. tab. & in c. 1. §. fi. rusticus, tit.
de pac. Constan. & consi. 390. tam profunde, & copiose.
col. ul. lib. 2. & cõsi. 326. super primo pũcto an dictus. & c.
in prin. lib. 5. & Soc. cõsi. 262. in causa magnifici. col. 4 &
Barb. in proœ. cle. in uerb. hoc tame, col. 1. Sic nec unus ac-
tus satis est ad probationẽ consummatæ, & absolutæ uir
tutis, ut satis innuit text. in proœ. Insti. §. cũq; hoc Deo
propitio. in illis uerbis, iam ex multis rerum argumentis
accepimus iũcta gl. ibi. Ex qua not. Io. Fab. quòd ex uni-
co actu nõ debet quis iudicari bonus uel malus. Quibus
adde tex. in l. 1. C. de athle. li. 10. loquentẽ de tribus athle
tarum uictoriis, quasi non satis probatus sit, nisi qui tres
uictorias obtinuerit. Ex quo no. Bar. & post eũ Angel. &
Io. de Plat. ortã cõsuetudinẽ referũt, qua quis ter exami
netur, antequã ad doctoratus authoritatẽ promoueatur.
Nec. n. ut subdit Plat. sufficit unũ examẽ, quia semel quis
posset bene dicere, magis fortuna quàm peritia, ideo nõ
mereretur uictoriã. l. oẽs. in uerbo, fortuna, & ibi gl. C. de
160 præscrip. 30. an. † Nec, ut iam diximus, satis est modicũ
tẽpus, id quod designat illud, quòd illi prouerbio subne-
ctis Arist. quo loco supra citauimus ὅτε μία ἡμέρα, id est,
neq; unus dies, & sic integra Aristotelis sententia est hmõi,
Ver nec una facit hyrũdo nec unus dies, quã sniam poe-
ticis numeris elegãter cõplexus est Baptista Mãtuanus.

Ver non una dies, non una reducit hyrundo.

Et ita tenuit è nostris Iac. Bel. in eo qui pluries malus ap
paruit. in l. oĩmodo. C. de inoff. test. & post est Luc. Pen.
in l. quemadmodũ. co. antepe. ver. 2. quæritur. C. de agri.
161 & cẽsi. li. 11. † Et huic quod de unico actu diximus, mire
cõgruit quod ĩ simili dicitur, ex uno actu negociationis,
nõ dici mercatorẽ, ut probat tex. in l. 1. §. 1 & ibi gl. & Bal.
ff. de tribut. actio. & clarius in l. procuratoris. §. quæritur
eo. ti. ubi optimus tex. quod & no. Bal. 11, cõstit. ff. & ĩ l.
ex eo. ff. de testa. & in l. legatis seruis. §. si ex officio. & ibi

Bal.

nal. ff. de lega. 3. & in l. mariti. §. quæsitũ, per illũ tex. ff. de adulte. 11. & in tractat. de teste. in uerbo. mercatorẽ. 10. And. in c. quanquam. de censib. lib. 6. & Bal. in rub. C. de constitu. pecu. in ult. q. ubi hoc no. limitat. & consil. 495. punctus super quo col. pen. li. 1. & Per. Anch. in repeti. c. canonum statuta. in 14. q. princip. vers. prouidetur quandoq; per statuta. de cõsti. & in c. 1. & ibi ẽt Domi. & Phil. Fran. de uit. & honest. cle. li. 6. 10. Ana. in c. 1. de cler. percus. Pan. in c. 1. col. ul. ver. itẽ fallit. & ibi Philip. Dec. in 2. lec. & col. ẽt ult. de iudi. & idẽ Pan. in c. ult. de uit. & honest. cler. Fran. Aret. in l. cætera. §. sed & si quis. ff. de leg. 1. & cõs. 29. diligẽter & mature. col. 7. in 7. itẽ dubio Corneus cõ. 33. quoniã per famosissimũ, post prin. li. 3. & Ias. in l. de pupillo. 9. si quis ipsi prætori. col. 7. uers. tu autem aduerte. ff. de ope. no. nuntia. Quibus scribẽs Eusebius de præparatione euangelica lib. 4. c. 1. non arca, inquit, aut funda artificiosè eũ uti dicemus, qui cũ sæpius, atque sæpius telũ proiecerit semel, aut ad summũ bis, uel ter ad signũ peruenerit, cũ pene ĩfinities lõgissime à signo abfuerit, nec ille certe medicinã tenet, qui cum multos interer-
162 merit, uix tandẽ unũ à morbo liberauit. †Ad tertiũ, quo dictum est, nõ esse recedendum a iure communi propter personæ meritũ. illud plane concedimus, uerum ius ipsũ commune in plerisq; magis fauet uiris probis, atq; uitæ sanctimonia & integritate commendatis, quàm cæteris, sanxitq; illis potius credendũ proq; illis & illorum actibus præsumendum, & si quid deliquerint (ut à qua re incepimus, in eandem desinamus) mitius cũ illis esse agẽdũ, neque iniuria, ut ex illis liquido apparet, quæ circa initia huius capitis adduximus. Nec id propter ea est contra ius, cũ & ius ipsũ id disposuerit. Sed iã ad alia pergamus.

CAVSA QVINQVAGESIMASECVNDA.

SVMMAE.

1 Euentus siue exitus rerum prosper, criminis pœnam tollit. Limi. n. 7
2 In maleficijs an animus potius, quàm rerum euentus spectandus.
3 Manlius Torquatus filium è medio tollit, quòd cum hoste dimicasset, contra quam præcepisset.
4 Epaminondas Stesimbrotum filium interimi iubet, quòd contra paternum præceptum, cum hoste, feliciter tamen, dimicasset.
5 Auidius Cassius centuriones, qui ipso inscio parua manu ingentem hostium numerum occidissent, in crucem tolli iubet.
6 Aeneas militibus prohibet, eorumq; ducibus, se inscio quicquam tentare, quantumuis opportuna sese offerat occasio.
8 Mala non sunt admittenda, ut bona eueniant.
9 Actus hominum non euentu, sed consilio metiendi sunt.
10 Consultare maturè et bene, maximum lucrum.
11 Athenienses tollunt in crucem Imperatores, si quid prospero euentu, prauo consilio rem gesserint.

1 QVINQVAGESIMOSECVNDO, Prosper euentus siue exitus, criminis pœnã tollit. per tex. not. in l. 2. §. postea. ff. de orig. iu. ubi recensetur historia de Flauio Appij Claudij, qui cũ leges in formã librũq; redactas à se sub tractas populo tradidisset, Tribunus plebis ob id creatus esset, tãtũ abfuit, ut de furto puniretur, ideoq; gl. ibi no. ali quẽ ex dolo suo consequi præmiũ. Et illũ text. pro ualde sing. citat Bab. in l. scire debemus. §. si à fure. colũ. 1. ff. de uerb. oblig. Secundũ quã sententiã Parii ex Pythiæ responso Timonẽ indegnarũ Deorũ administrã nulli pœnæ addixerũt, quòd Miltiadi Atheniẽsi rationẽ capiẽdæ patriæ hostibus detegisset, ob id, quòd ea res bene & ad cõmodũ
2 ipsius patriæ successerit. †Seneca autẽ lib. Decla. 10. & ite rũ controuersiarũ 6. postremò hãc declamationẽ siue cõtrouersiã posuit. Quidã cũ diuitẽ proditionis accusasset, noctu parietẽ domus eius perfodit, & scriniũ, quo missæ erant ab hostibus literæ, sustulit. Quam retulit Pe. Anch. in repe. c. 1. in 14. q. principali uer. ponit Seneca. de cõstit. & quærit, utrũ iste præmium, an pœnam cõsequi debeat. Et primũ quidem aduocat tex. in d. l. 2. §. postea, ut uidetur debere præmiũ, deinde dicit in cõtrariũ facere, quòd i maleficijs animũ inspicimus, nõ euentũ. l. diuus. ff. de sicar. & l. si quis seruo. C. de furt. Tandẽ uerò ueluti subdubius

3 Man-

bius cogitandum reliquit·& illum referunt Barba. in d.§. scire debemus.ad prin.& Fel.in c.1.col.ul.de præsump.videturq; Barb.eius esse sententiæ, ut cõsequi debeat præmiũ,multa ad hoc asserens.quæ nihil aut parũ facere uidẽtur. Fel.autẽ uideri uult contrariã tenuisse sentẽtiam, soluitq; nodum illius §.postea, quòd inibi is qui librũ legũ furatus est,fecit animo consulẽdi Reip.non malefaciẽ

3 di.† In quam,& ego sententiam pedibus manibusq; uado fretus potissimũ authoritate tex.no.in l.desertorem.§.in bello.ff. de re mili. ubi qui in bello rẽ à duce prohibitam fecit,aut mandata non seruauit,ẽt si bene gesserit,capite punitur.quẽ tex.dicit multũ sing. & no. Fran.Cre. sing. 150.incip.mandatũ. Et eam quidem legẽ secutus Mãlius Torquatus filiũ propriũ securi percussit,quòd cõtra patris præceptũ cũ hoste pugnasset eũq; interfecisset author Liuius 1.deca.li.8. Valer.li.rerũ memorabiliũ 4.c. de disciplina militari,& iterũ li.9.c.de Ira', & Aegesippus li. excidii Hierosolymitani 3.c.24.& Aristides Milesius i Rebus Italicis.& ex eo Plutarchus in Paralellis ca.13.& 17. & Gell.li.9 c. 13. Et simile quidpiã fecisse Aulũ Posthumũ Tiburtinũ refert Valerius loco primũ citato, ubi, illũ scribit iussisse filiũ securi feriri,quòd sua sponte progressus hostes fudisset. Quãquam Liuius lib.4.maluerit non duos fuisse qui ob id filios occidi iusserũt,sed unũ duntaxat, nec Posthumũ,sed Mãliũ Torquatũ,ea potissimũ cõiectura ductus,quod uulgato prouerbio,Mãliana imperia dicta sunt,nõ Posthumana,cũ tũ Posthumus multis ante annis Torquatũ præcesserit, ideoq; si prior tã scueri exẽpli author fuisset,procul dubio occupasset illũ insignẽ seueritatis titulũ. Præterea cũ Manlio cognomẽ imperiosũ sit inditũ,cũ Posthumus cõtra nulla tristi nota sit insigni

4 tus.† Sed siue alter tãtũ,siue uterq; idipsũ fecerit, utrũq; autẽ confundit Gellius li.16.c.21.dum scribit Aulũ Posthumũ Torquatũ hoc idem egisse. Certe constat Epaminondam illum insignẽ Thebanorum ducem non dissimili ratione Stesimbrotum filium interimi iussisse, quòd in exercitu relictus cõtra paternũ præceptum in hostem seliciter

liciter pugnasset,sicut in 3. Rerũ Thebanarũ scribit Cresiphon,& ex Plutarchus in Paralellis,c.13.

5 †Propterea minus mirũ uideri debet,quod Auidius Cassius dux exercitus Antonini imperatoris,& qui ipse post ea imperauit cẽturiones,qui iplo inscio parua manu ingẽtẽ hostiũ numerũ negligẽtius agẽtiũ occiderãt, in crucẽ tolli,seruiliq; supplicio affici iussit.Quæ res tãtũ disciplinæ Romanis addidit,tãtũ terroris hostibus iecit,ut pacẽ annorũ centũ ab Antonino absente peterent,ut qui uidẽrãt dãnatos Romani ducis iudicio,eos qui cõtra fas uicerãt.author Volcatius Gallicanus ad Diocletianũ in uita.

6 †His adstipulatur illud Virgilii lib.9.Æneidos,

Hostis adest,eia ingenti clamore per omnes
Conduntˢe Teucri portas,& mœnia complent.
Nanq; ita discendens præceperat optimus armis
Æneas.si qua interea fortuna fuisset,
Nec struere auderent aciem,neu credere campo,
Castra modo & tutos seruarent aggere muros.
Ergo & si conferre manum pudor iraq; monstrat,
Obiiciunt portas tamen,& præcepta facessunt.

7 †Sed ut ad nostros redeamus,Pe.Anc.cõs.175. præmittendũ est,cõsuluit per tex.in d.§.in bello felicẽ & bonũ exitũ nõ excusare delinquentẽ·Nã in maleficiis uoluntas inspicitur,nõ euẽtus l.1.§.diuus.ff.ad leg. Cor.de sicar. Alberi.quoq; in ul.parte statutorũ.q.478.alias,q.78.incip.disputauit.co.3.dicit per illũ tex.in d.§.i bello,quòd qui facit aliquid prohibitũ,puniẽdus est,quantũcunq; bonus effectu secutus sit.Ad quod etiã allegat l.ul. C.de negot.gest.quibus & tu adde tex.in l.si quis seruũ.§.si puerũ.ff.ad l. Aquil.ubi ponitur, qui puerũ castrauerit,licet

8 ex hoc illũ meliorẽ reddiderit.† Neq; id certe mirũ nam ut dicit diuus Pau.ad Rom.c.1 non sunt mala facienda, ut bona ueniant. de quo etiam est tex.apud nos in ca.extuarũ de sortil.& c.super eo.de usur.ubi no.glo.non esse prætextu boni malum faciendum.ad quod & multa alia iura allegat illic omnibus obuia.quibus adde tex.in c.nõ magnopere.ne cler.uel mona.ubi & glo.i.hoc idem not.

& alia

& alia quoq; iura adducit, & ibi post eã Hostien. Ioann. And. & Panor. in ea distinguentes, ut ibi per eos uidere licet. Ad idem quoq; tex. in c. ne quis. & c. faciat. 22. quæstione secunda, & c. relegantes, & ibi glo. 23. q. 5. & c. nos
9 se. & ibi quoq; glo. 30. q. 1. ¶ Et hanc partem hoc quoque comprobat, quod actus hominum non euentu, sed consilio metiendi sunt, & æstimandi. ut est tex. in l. uerũ. §. sciẽdũ. ff. de minor. & l. sed an ultro. §. 1. ff. de nego. gest. ubi glo. in eã rẽ adducit huiusmodi sententiã Boetii. At uero is nostris malis cumulus accedit, quòd æstimatio plurimorũ nó rerũ merita, sed furtunæ spectat euẽtũ. eaq; tãtũ iudicat esse prouisa, q̃ felicitas cõmẽdauit. Cui & simile est illud Ouidianũ in epist. Phlidis ad Demophontẽ,

Exitus acta probat. careat successibus opto,
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Quos uersus una cum d. l. sed an ultro. ad probandum inspiciendum esse consilium. non euentum, citat Bal. noster cons. ul. ad fi. li. 4. & Matthæus Afflic. in constitutione Siciliæ incip. frequenter. col. 3. in 1. no.

10 ¶ In quam etiam sententiam Artabanus apud Herodotũ in Polyhymnia, Græce quidem, sed in hunc sensum, Bene, inquit, consultare comperio maximum esse lucrum, nam etiam si quid è contrario euenturum est, uerum est tamen minus bene consultum, superauitq; fortuna consilium. At qui turpiter, consultauit, si a fortuna obsecundauit ille est quidem uoti compos, nihilo tamen minus male consilium cepit. Isocrates in oratione, quam de laudibus Helenæ conscripsit, qui ante rem animaduertere nihil possunt, sed rerum euentus solum considerant. Cic. quoq; pro Rabirio eos item redarguit qui consilia euentis ponderant, & qui multum illum prouidisse, cui bene processerit, Cui secus, nihil sensisse dicunt, ut iam nihil esse uideatur, nisi diuinare sapientes. Idem philip. 11. In recta, inquit, sententia ne uicta quidem causa uituperanda est. Et in Paradoxis, Nec enim peccata rerum euentu, sed uitiis hominum metienda sunt. Demosthenes alter eloquẽtiæ oculus, in oratione, qua Ctesiphõte aduersus Æschinem

Æschinem defendit, Vide, ait, quid ipse consilii capiendum censuerim, nec ea quæ euenerunt, intorqueas; nam finis rerũ omnium, ut fortunæ libuit, imponitur, electio
11 uero consultantis ingenium ostendit. ¶ Liuius. 3. decalib. 7. Apparebat, inquit, quo nihil iniquius est, ex euentu famam habiturum & 4. decad. lib. 8. tradit apud Chartaginenses in crucem tolli imperatores, si prospero euentu prauo consilio rem gesserunt. Quintilianus auus decla. 281, Nunquam mens, ait, exitu æstimãda est Plinius Cecilius lib. Epistolarũ 5. ad Rufum, Est omnino, inquit sed usu receptum, quòd honesta consilia, uel turpia prout male, aut prospere cedunt, ita uel reprehenduntur. Cornelius Tacitus de Suetonio Paulino lib. 1. Cũctator, inquit, natura, & cui cauta potius consilia quam prospera ex casu placerẽt. Seneca lib. 4. Declamationum. Omnia honesta uoluntas inchoat, occasio perficit. Sæpe honorata uirtus est, etiam ubi eam fefellit exitus, Scelera quoq; quanuis citra exitum subsederunt, puniantur, nec infelix uirtus amittat gloriæ titulum, nec gloriam uirtutis interrumpit fortuita felicitas. Plutarchus in comparatione Niciæ & Crassi, Nec illi ait, satis recte iudicare uidẽtur, qui eum Alexandri laudant expeditionem, Crassi audent ut tupetare conatus. Neq; enim decet ex euẽtu rei iudicia facere. Et in hanc rem multa iura adducit Barb. cons. 46 illud adducam quod præclare. col. 1. quæ ibi in promptu sunt omnibus. quibus deniq; addas text. nota. in l. fraudis ff. de regulis iuris. Cuius hæc uerba sunt, Fraudis interpretatio semper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur.

CAVSA QVINQVAGESIMATERTIA.

SVMMAE.

1 *Pœna mitior imponitur, per uiam inquisitionis, quàm per uiam accusationis.*

¶ *An hoc habeat locum in iure ciuili numero 2.*

‡ *Contemnari an quis possit ex inquisitione generali.*

1 Quin-

1 QVINQVAGESIMOTERTIO, Mitius quis punitur per uiã inquisitionis, quã per uiã accusationis. quod hinc apparet, quòd finis accusationis, si crimẽ est graue est depositio ab officio, & beneficio c. super his. & c. inquisitionis. de accusa. & c. tuæ. de pœn. finis aũt inquisitionis, nõ est huiusce modi, sed mitior pœna imponenda est c. qualiter eius initiũ 2. de accu. Ideoq; cõdẽnatus per uiã inquisitionis, de crimine infamiã per uiã accusationis irrogãte euitat infamiã ut uoluit glo. in l. 3. §. præterea. ff. de suspec. tu. & in laul. & ibi Cy. C. eo. & ĩ l. 1. C. de. mod. mulct. quauis Bar. teneat, cõtrariũ in l. infamia ff. de pub. iudi. Sed Panor. in d. c. inquisitionis in 1. no. & post eum Feli. col. 3. in 3 no. dicũt illas gl. procedere omnino de iure canonico, nõ aũt de de iure ciuili, in quo nulla reperitur differẽcia, quãtũ ad pœnæ impositionẽ, siue per uiã accusationis siue inquisitionis proceditur. Quin par per omnia pœna imponitur. l. 4. C. de sepul. uiol. & facit l. ordo. ff. de publ. iudi. & quod not. in l. 2. §. si publico. ff. de iudi. Et hoc bene dicit notãdũ Panor. qui & subdit rationẽ diuersitatis inter ius canonicũ & ciuile, quia de iure ciuile regulariter nõ proceditur per uiam inquisitionis nisi in quibusdã calibus, ut no. in d. §. si publico. At de iure cano. indistincte proceditur præcedẽte infamia. ut ĩ d. c. qualiter in uno ergo quis grauatur de iure cano. quòd proceditur ne accusatione. ideo non est mirũ, si in alio releuatur, ut sic maior imponatur, arg. l. eũ qui in prin. ff. de iureiu. & no. in c. eũ secũdũ, de offi. deleg. Quã etiã rationẽ, licet nõ dicat Panor. adducit Cy. in d. l. infamẽ. sed eã reprobat Bar. ibi, quoniã grauamẽ cõsistens in ordine
3 procedendi, non dispensat cũ infamia. d. l. ordo. † Bal. aũt in ea ipsa l. infamẽ, sicut etiam refert Fely. in d. c. inquisitionis, dicit procedere dictũ Bar. cum quis condẽnatur ex inquisitione specialiter formata contra illũ, secus, si ex generali uerbi gratia, tẽpore sindicatus formatur inquisitio generalis cõtra officiales, ex qua tãdẽ aliquis eorũ de delicto cõdẽnatur, is certe non erit infamis, quia extra ordinem condemnatur, cum illa inquisitio nõ possit succedere

succedere loco accusatiõis generalis, quæ nõ admittitur per ea, quæ ibi allegat. Sed Fely. ubi supra, dicit aduertẽdum, quòd ex inquisitione generali, nõ uidetur quis posse condemnari, cum fiat ad inuestigandũ, non ad puniendum, & ita fit ut præparet uiã inquisitioni particulari, secundum not. per Inno. in cap. bonæ, eius initii 1. de elec. ubi dicit ita totum modum practicare, & refert Panor. in cap. grauamen. in 2. col. de præben. & ita uidetur sensisse Bar. in d. §. si publico. Alioquin si ex inquisitione generali quis condemnetur. dicitur de facto condemnari, concludit tamen Bal. quòd siue de facto, siue de iure sit condemnatus, per inquisitionem generalem, nõ sit infamis, quin subdit Bal ipse quod opinio gloss. potest saluari per tex. in l. 1. C. si tutor, uel cura. non interue. quem allegat glo. in d. §. præterea. nam ibi non permittitur liberto attenta re cõtra patronum accusationem famosam, atque inquisitionem potest mouere, tanquam per illam non infametur patronus, alioquin enim eadem rõne denegaretur liberto, sicut accusatio. Sed, & uide Spec. in §. 1. uersic. qui de iustissima. tit. de senten. & Bald. in l. etiam. de furt. & Panormi. consi. 25. canonicus regularis. in 3. dubio. lib. 1. uide glo. in cap. in fidei. de hæret. lib. 6.

CAVSA QVINQVAGESIMAQVARTA.

SVMMAE.

1 *Iudex potest imponere pœnas leuiores sibi permissas, propter qualitatem iurisdictionis iudicis, qui non habet potestatem imponendi pœnas à iure statutas.*
Et an hoc habeat locum in iudice ordinario. nu. 2.

1 QVINQVAGESIMOQVARTO, Propter qualitatem iurisdictionis iudicis qui non habet potestatem imponendi pœnas à iure statutas, potest iudex ipse imponere pœnas leuiores siue permissas, ut est tex. in capitul. in archiepiscopatu. de rapto. ubi quia episcopus, cui fuerat

Cc com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõmissa causa capitis, nõ poterat pœnã sanguinis irrogare, potest illam in pecuniam commutare, & ad hoc illũ tex. ponderat, & dicit singu. Roma. singu 662. quem simpliciter refert Fely. ut sequi uideatur, in cap. de causis columna secunda, uer. item aduerte, & in cap. seq colum. secunda, de offic. deleg. & in cap, qualiter, & quando. eius initii 2. §. ad corrigendos, col. sexta uersiculo, sed aduerte inquantum dixi, sed accus. ubi hoc dicit singul.

2 Sed hoc certè non uidetur etiam sine scrupulo, tum quia Host. & Pan. in d. c. in archiepiscatu, uidentur intelligere illum tex. cùm est causa cõmutandi pœnã ordinariam in leuiorem, tum quia ille text. loquitur in delegato iudice, & forsitan secus in ordinario, qui si corã se inciderit crimen, cuius pœna excedat limites suæ iurisdictionis, debet remittere ad superiorẽ. l. diuus. eius initii 2. ff. de fals. ubi hoc tenet bart. qui & ad hoc allegat tex. in §. & si quidam iudices. in authen. de testib. sed Panor. in c. 1. col. ult. de fal. dicit sibi uideri uerius, ut possit punire extraordinarie, per tex. in l. nullum. C. de testib. dicitque hoc ita sentire, Specul. in tit. de testib. §. primo uersiculo, sed nunquid iudex. Quid autẽ de delegato, uide omnino Panormita. ibi, & doctor. in d. l. diuus.

CAVSA QVINQVAGESIMAQVINTA.

SVMMAR.

1 *Cardinalis si occurrat illi qui ad mortem ducitur pœna omnino illi remittenda, ex quadam prærogatiua, quam habent ipsi cardinales.*
Et an ualeat huiusmodi priuilegium nu. 2.
3 *Vestalibus uirginibus is honos delatus est, ut si cui occurrissent, qui duceretur ad mortem, eum liberarent.*
4 *Flaminis Dialis priuilegium, ut uinctus illius ædes introgressus, solueretur.*

1 QVINQVAGESIMOQVINTO, Si Cardinalis obuiauerit ei, qui ad mortem ducitur, pœna est omnino ei remittenda, ex quadam prærogatiua, quam ex consuetudine habent Cardinales, ut dicit Bald. in l. addictos, in fi. C. de appellat. & ibi etiam post eum, Saly. & Pau. Cast. qui ita retulit, ut uideatur uelle hoc tum demum habere locum, si Cardinalis ponet capellum (quem uocat) super caput ipsius rei, dicitq; ita obseruari de facto. & idẽ Pau. Castrensis in l. addictos. C. de episco. audi. in fi. ubi refert audiuisse se in Romana curia hoc idẽ priuilegium competere cardinalibus, propter reuerentiam dignitatis. nulla tamen capelli mentione facta, licet, ut dicit ipse Pau. hoc iure cautum non reperiatur, sed ubique, aut audiui diuulgatum. Et ideo tempore quo curia erat Florẽtiæ, cauebant iudices, ne ducerentur rei per ea loca, quibus cardi-
2 nales obuiarent. †Cuius etiam rei mẽtionem facit Mart. Laud. qui hoc dicit sing. in tract de Cardi. uersi. 6. Cardinales habent ex priuilegio. Cæpol. cautela 2. & Barba. in tract. de præstantia Cardinalium, in nona quæstione, 1. par. per totam quæstionem ubi late disputat de ualiditate huius priuilegii. Et si teneretur quod ualeret, dicit tamen, quòd recipit sex declarationes, de quibus per eum in loco, ubi licet omnibus uidere. Eius quoque rei memi nit Felyn. in cap. quærenti. columna penultima, de offic. deleg. & Iaf. qui hoc reputat sing. in § pœnales, in chart. ulti. uersicu. tertio, & ultimo, Inititu. de actio. Hippolyt. Marsi. singul. 273. notissimum est in iure, colum. 3. uersiquibus etiam addi potest, & Anto. Corset. in suis singul. in uerbo, Cardinalis. ubi uidetur tenere huiusmodi priuilegium non ualere. Et nouissimè Catel. Coc. in memora-
3 bili incip. Cardinales gaudent, ubi & hoc reputat singu. †Legimus autem apud Plutarchum in Numma Pompilio, eum honorẽ inter cæteros uirginibus Vestalibus fuisse concessum, quòd si casu in aliquem incidissent, qui ad lethũ duceretur, necari eum non licuisse, necesse tamen erat, uirginem deierare non ultro & consulta opera, sed casu obuiam se factam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 †Gellius autem noctium Atticarum lib. decimo, cap. 15. authoritate Fabii Doctoris, lib. primo tradit, vinctum, si ædes flaminis Dialis introierit, sólui necesse fuisse, & ninacula per impluuium in tegulas subduci, atque inde foras in uiã dimitti. Et paucis interiectis. Si quis, inquit, ad uerberandũ duceretur, si ad pedes eius supplex procubuisset, eo die uerberari piaculum erat. quod & ipsum postrem retulit ipse Plutarchus Problem. c. 3.

CAVSA QVINQVAGESIMASEXTA.

SVMMAE.

1 *Puella si rerum mortis in maritum poposcerit, eum liberat ex consuetudine Franciæ.*
Quod minus hodie obseruatur. nu. 2.

1 QVINQVAGESIMOSEXTO, Supra omnes causas, quas hactenus attulimus, remittẽdorum, aut certe minuendorum delictorum, accedit & illud celeberrimum, quòd si puella reum mortis in maritum petierit, à morte liberata ex consuetudine Franciæ, ut est apud nos uulgi sententia. Cuius rei mentionem facit Iacob. Bel. in practica iudiciaria in criminalibus, titu. de lenocinio, uersic. 26. vbi cõtra hoc allegat tex. in l. commissum. C. de adulter. quem tamen plerique pro hoc allegant. uerum nec pro hac sententia ne contra quicquam facit. Sed & huius rei meminit Masuerius uir apud nostros maximæ authoritatis in practica, titu. de pœn. item in aliquibus partibus, ubi & hoc dicit esse contra dicta. l. commissum, & l. si ex causa. §. Papinianus ff. de minor & lege prima §. ultimo, ff. de quæstio. † Meminit item nouissime Bart. Chassan. in Comment. consuetudinum Burgundiæ. in §. quinto in uerbo, (s'il n'a grace.) columna 20. uersi. duodecimus casus, titul. (Des iustices, & droicts d'icelles,) vbi dicit se nullam huius rationem afferre posse, nisi quòd per matrimonium maior reo uidetur pœna imponi, quàm per

per mortem per multa quæ de malitia mulierum affert. Ego uero nescio an olim id in Gallia fuit obseruatum. id autem certò scio hoc tempore non obseruari.

CAVSA QVINQVAGESIMASEPTIMA.

SVMMAE.

1 *Pœna mitior illi imponenda, qui clàm, quam qui palam deliquit.*
2 *Quod nemo nouit, penè non fit.*
3 *Peccare in occulto ad diminutionem peccati facit. Et quid ità.*
4 *Persuadere grauius esse, quàm compellere.*
5 *Peccare apertè, leuius est, quàm sanctitatem simulare, in comparatione duorum malorum, ex sententia D. Hieronymi.*
6 *Peccatum occultum an leuius sit quàm publicum, tex. glo. et doc. amplissima in utranque partem dissertatio.*

1 QVINQVAGESIMOSEPTIMO, Videtur mitius puniẽdus, qui clàm, quàm qui palam deliquit, cũ sit tolerabilior culpa, si lateat, quam si leuis usurpetur authoritas cap. nemo. 32. q. 4. ideſt, ut interpretatur glos. maius peccatum est manifestè peccare, quàm occultè de quo etiam uidetur tex. in §. sed illud silendum. in fi. cum multis c. seq. 50. di. 11. & in c. ex tenore. de temp. ordi. ubi publicus peccator magis punitur, quàm occultus, & capitulo primo in fin. de voto. libro sexto ubi glos. adducit concordan.

2 †Quibus accedit illud Psalm. Beati quorum tecta sunt peccata. Et illud quoque uulgo celebratissimum, si non casté, tamen cautè. Cui adstipulatur, quod tradit Suetonius de Claud. imperatore, Is enim iuuenem corruptelis adultertiisq; famosum nihil amplius quàm monuit, ut aut parcius ætatulæ indulgeret, aut certè cautius. Additúque; Quare enim ego scio quam amicam habes? Cui etiam consimile est illud Apuleianum, Quod nemo nouit, penè non fit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 †Facit, & illud Esaiæ 30. peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec abscõderunt. Cuius authoritate subnixus Diuus Thomas 22. quæst. 66 articu. 3. dicit, q̃ in occulto peccare pertinet ad diminutionem peccati, tũ quia est signum uerecundiæ, tum quia tollit scandalum. Nam, & uidemus furtum non manifestum mitius puniri, quàm manifestum, non solũ nostris ll. §. ex maleficiis. Instit. de actio. sed & legibus Mosaicis id quoque seruatur, atque
4 etiam Platonicis lib. de leg. †Contra tamẽ quòd grauius peccare uidetur, qui clam peccat, quã qui palam, est text. in cap. cũ ex iniuncto. de hæreti. & l. palã, ff. de rit. nupt. & l. ulti. ff. de effract. & l. nõ existimo, ff. de admi. tuto. Et grauius est ueneno occidere, quàm gladio. l. 1. C. de maleficiis. grauius quoque est persuadere, quã compellere. l. 1. §. ult. ff. de ser. corrup. grauius itẽ noctu, quàm sub lucem peccare, ut dicit Bald. in l. non minorem, C. de transact.
5 †Et bene facit tex. in l. officiales. C. de episc. & cle. ex quo glo. in uerbo, clandestinis, not. plus puniri clandestinum delictum, quàm publicum. Et dicit diuus Hieronymus in Esaiam cap. 12. quòd in cõparatione duorum malorum, leuius est aperte peccare, quã sanctitatẽ simulare. Et hãc sniam Plutarchus in lib. De sera numinũ uindicta, refert Thespesium quendam qui a morte surrexerat, asserere apud inferos, eos qui manifeste peccauerãt, palãq; flagitia perpetrarãt, non tam acerbè plecti, quàm qui clam iniuste uixerãt, prætextuq; ac opinione uirtutis delituerãt.
6 †Plura hoc possem afferre in utranq; partẽ, & limitationes, quas uocamus, siue distinctiões adscribere. sed quoniam iam prope nimiũ hic noster tractatus excreuit, dum aliud ex alio non cogitantibus nobis sese offert scribẽdũ, idcirco posthac breuiores erimus, cõtenti summatim, dũ hunc perficiemus, quod reliquũ est, conscribere, & ad loca cuiusliber capitis propria remittere. Igitur ad hoc caput uideto gl. in d. §. ex maleficiis. in uerbo, quadrupli, & ibi Bal. Io. Fab. Plat. & Ange. & cæteros, Instit. de acti. & glo. in capit. clericus. octuagesima prima, di. & in d. c. nemo. trigesima secunda quæstione quarta gl. & doct. in cade

de homine. de celebra. miss. Iac. But. Cy. Bald. Pau. Ca. & alios in lege nemo C. de sum. tri. doc. in lege prætor. §. & generaliter. ff. ubi bo. rap. Ioan. Fab. in §. sequens diuino Instit. de actio. Panor. & recentiores in cap. cum quidam. de iureiur. & Felyn. in capitul. ultimo columna secunda tersiculo nota quod grauius. de accu. & uide etiam quæ dixi suprà.

CAVSA QVINQVAGESIMAOCTAVA.

SVMMAE.

1 *Delictum committens ex officio uel administratione, quam gerit, mitius est accipiendus.*
2 *Officialis non præsumitur esse in culpa, ubi primatus præsumeretur.*
3 *Officialis condemnatus de maleficio commisso in officio, non potest appellare.*
4 *Decuria si deliquerit in officio, puniri potest.*
5 *Accusatus de crimine commisso in officio, suspendi potest.*
6 *Magistratus potest conueniri ex delicto in officio commisso.*
7 *Iuramentum partis cum semiplena probatione, sufficit in delicto commisso in officio.*
8 *Tabellio condemnatus de delicto in officio commisso non potest ultra officium illud exercere.*
9 *In dubys ratione officij, ubi delictum apertum est, grauior pœna incumbit.*

1 QVINQVAGESIMOOCTAVO, Cum, quis ex officio, uel administratione, quam gerit, committit delictũ, mitius cũ eo agendum est, per tex. in l. tres tutores. ff. de admi. tut. ubi not. gl. quòd uelamẽ administrationis furtũ tẽperat quã gl. põderat Bal. in c. 1. §. iniuria. in uerbo, siue furtũ. col. 2. ti. de pac. iur. firmã & per eã dicit, quòd administratio mitigat. delictũ. ad quod ẽt allegat l. si multi. ff. de publi. & uectig. Quibus adde tex. in c. si uerò. eius inicij 1. de sentẽ. excõmunica. ex quo no. Pan. & Fel. quòd delictũ cõmissum ratione officii allegiatur, quãdo delinquẽs

modum excessit, ratiõe principij liciti. Nã bono zelo motus uidetur, non suadent diabolo. ad quod etiam allegant c. olim. de resti. spo. & c. significauerit. de pœn. & remiss.

2 †Quibus suffragatur quod dicit Bal. in l. 2. per illum tex. C. qui accusa. nõ poss. quòd officialis non præsumitur esse in culpa, ubi priuatus præsumeretur. & cõsil. 178. præsupposito statuto. in prin. li. 1. ubi dicit, quòd in inquisitore non præsumitur dolus, licet rei fuerint absoluti. nãoficii necessitas eũ excusat, ut dicit plene no. in l. athleus. §. calũniator. ff. de hus. qui no. infa. & cõsi. 494. sciendũ est quòd moneta. col. ult. uer. de 3. inquisitione. eo. lib. 1. ubi dicit sing. quòd si officialis rem à fure subtractam recipit, præsumitur id ex bona & laudabili mente fecisse, allegat l. 2. C. de off. ciuil. iudi. ibi, quod non arbitrantur. iurisumq; cõsi. 451. quia in accusatione instituta, ver. 4. ratio li. 4. dicit quòd ratione officij quis excusatur, nisi probetur dolus. per not. in d. §. calumniator. & idem uoluit Roma. in repe. l. si uerò. §. de uiro. in 27. fal. ff. solu. matri. ubi dicit, quòd qui necessitate officii accusat, non præsumitur ex calumnia officii fecisse, etiam si nõ probet. licet alias secus, per d. l. 2. qui accu. non pos. & l. mater. C. de calũ. quod et tradit Alber. in 2. parte statutorũ, q. 120 cuius est prin. itẽ quæro, si ex forma statuti. per d. l. 2. uide Bal.

3 l. etiã. ad fi. C. de furt. & in l. errore. C. de testa. †Multa tamẽ sunt, quæ contrarium non suadere modo, sed & persuadere uidentur. Primum quòd officialis condemnatus de maleficio in officio commisso appellare non potest. l. nulli. & ibi docto. C. quor. ap. non recip. & §. nulli. 2. q. 6. & uoluit Spec. ti. de appel. §. 2. uer. 3. & ibi Bal. qui hoc et

4 dicit procedere de iure canonico. † Secũdò licet decurio alias non possit torqueri. d. l. omnes iudices. C. de decur. li. 10. poterit tamẽ, si deliquerit in officio. l. qualiter eo. ti.

5 Tertio licet alias accusatus de crimine, non debeat pendente cognitione suspendi ab officio. l. reo, & l. quãuis. ff. de solut. suspenditur tamen qui accusatur de crimine cõmisso in officio. l. quod si forte, ad fin. & ibi Bar. ff. eod. & §. si quis, Insti. de suspec. tu. de quo tamẽ uide per Aufre-

in

in decisio 371. incipit quæritum si aliquis officiarius.

6 Quartò licet maior magistratus non possit alias conuenire durante officio. l. 2. ff. de in ius uocan. & l. pars literatũ ff. de iudi. & l. nec magistratus ff. de iniur. & c. prohibentur. 2. q. 1. poterit tamen ex delicto in officio cõmisso cõuenirí, ipso durante officio. l. iubemus. & ibi gl. in uerbo, administrat. C. ad leg. Iul. repet. quam glo. ad hoc pro singul. allegat Rom consi. 415. quò ad primum an syndicus. & est quoq; tex. in c. iubemus. 1. quæstione prima, & cap. sancimus. 2. quæst. 7. & in §. si quis uerò & §. si quis autẽ in authẽ. ut iudi. sine quo. suff. quem ita intelligit gl. ibi, in uerbo, habentes, & etiã Ang. qui illũ reputat singul. & itẽrũ in §. illud eodẽ titulo, & uoluit glo. & Domin in dicto cap. prohibentur. & gl. in dicta lege de in ius uocan. & in d. l nec magistratus. & ibi etiam Bar. & idẽ Bar. in d. l. nulli. & Bal. in l. mancipia. C. de ser. fugi. & Fel. in c. legebatur. col. 2. ff. quod met. cau. †Quintò licet in delictis opus sit testibus, & probationibus luce meridiana clarioribus l. ultima. C. de probat. ideoq; in supplementũ probationis nũquã in criminalibus defertur iuramentũ. per not. latè in l. admonendi. ff. de iureiurand. tamẽ quando quis accusatur de delicto in officio commisso, sufficit iuramentum partis cum semiplena probatione. ut not. glo. in §. necessitatem, in uerbo, ostenditur. in authen ut iud. sine quo. suff. de quo per Ioan. Plat. in l. si aliquid. C. de suscep. libro undecimo, & in l. iudices. C. de dign. lib. duodecimo.

Sextò licet quis de delicto fuerit conuictus sine condemnatus, poterit tamen officium, quod ante habebat, exercere. ex rescripto principis. l. si quis. C. de cohort. lib. 12. cum similibus, hoc tamen non procedit, ubi quis cõdemnatus est de delicto in officio commisso, quia non poterit amplius huiusmodi officium, etiam ex rescripto principis, exercere. d. l. si aliquid. & dicta lege iudices, & lege prima. C. de offic. præfec. præt. & lege secunda. C. de palat. sacr. largit. libro duodecimo cum concor. adductis per gloss. in dicta lege si aliquid. & d. l. iudices. C. de anno. & trib.

8 Pro-

8 † Propterea dicit gl no.in anthē.de armis.in prin. & rursum in l.si quis ex argentariis,§.1. & ibi Bart.ff.de eden. quòd si tabellio fuerit condēnatus de delicto in officio tabellionatus cōmisso,ut de falso instrumēto ab ipso facto, nō poterit amplius hmōi officiū exercere,secus si de alio delicto fuerit cōdēnatus,quod & ēt uolut.bar.ī l.3.§.hac lege.ff.ad leg.Iuli.repet.& in l.non pōt.ff. de furt.& cōs. 174.sed Io.de Cast.& bal.in l 1.C.de testa.& in l.& mili tibus.C.de testa.mil & in l.qui depositū.C. depo. & in l. in exercēdis,col 2.C.de fid.instru.Ang.& Imo.in l. infamē C.de pub.iud. Io. Ana in c.fraternitas,col.3 de hæret. Io.Pla in d.l.si aliquid & in l 1.C.de imm.nō cōce.co.2. in fi.li.10.Ang.Are.in trac.male.in uerbo,falsario co.5 &
9 las.in l.Barb.col.14.uer.extra omnē.ff.de offi.præt. † Igitur ut hāc difficultatē tollamus,ita hūc locū breui cōcludemus,ut ī dubiis qui rōne officii excusetur à dolo, & calūniā,in apertis uerò,id est,ubi delictū apertū est,&certū, tātū abest,ut excusetur,ut ēt grauiꝰ puniatur per ea,quæ proxime sunt dicta.Ideo bal.in c.quoniā cōtra falsā.co. 9.uer.extra quæro, de probat.dicit quod necessitas officij excusat præsumpta calūnia,sed nō ab expressa.& alibi uidelicet cōs.119.statuto cauetur,quòd si quis.in col.4. eadēq; pe.uer.sed cōtra hoc opponitur.li.2.dicit quòd officiū nō excusat maleficiū.sed tamē inducit præsumptionē,quòd non sit maleficiū,nisi euidēter appareat,ut dicit no.in d.§.calūniator.& in l.ī rē.§.tignū.ff.de rei uēdi.&
10 in l.meminerint.C.unde vi.† Sed & hoc quoq; intelligendū est,in his quæ habēt principium licitum,si modū quis inconsultò excesserit,mitius sit puniendus,ut dictum est in princ. Et consonat quòd suprà diximus c 1. de eo qui eum se defenderet, modum defensionis excessit.

CAVSA QVINQVAGESIMANONA.

SVMMAE.

1 *Delinquens quando non potest puniri, quin et innocens puniatur, tum cum delinquente mitius agendum est.*

2 *Delictū nocētis impunitum relinqui satius est,quā innocētē dānare.*

1 Quin-

1 QVINQVAGESIMONONO, Cùm nō potest puniri delinquens,quin innocens puniatur, ille potius impunitus debet delinqui,quàm ut hic puniatur.text.est in c.quàm magnum.23.q.4.ubi gl.no.malum tolerari ratione boni,& adducit concord.& text.quoq; in ca.sacris.de sepult.ex quo not.Pan.id quòd suprà diximus,dicitq; facere aꝯ uulgatam quæstionem de duobus fratribus habētibus domum communem pro indiuiso, ita quòd delinquenti competat pars inferior,innocenti superior, ut uidelicet non debeat domus destrui ex statuto iubente do
1 mū delinquentis destrui. quam quæstionem commemorat,nec soluit tamen glo.in c.sed & continuo,de pœn.di.
2 1.ubi uide Archi. † De qua etiā per Pe.Cy.& Bal.in l.etsi seuerior,in fi.C.ex quib.cau. infam.irro. & Dyn. in l.finita.§.ex hoc.ff.de dam.infect. bart. in l.cum alicuius, ante fi.ff.de nego.gest.& ī l.Athenis.§.de eo opere,& ibi Alex.in addi.ff.de aqua plu.arcen.bal.in l.2.C.quib.cau. ser.pro præ.lib.acci.ubi late comperies,quid in hac re faciendū est.Sed quicquid sit, illud semper certū est quòd in prin.huius capitis diximus.Nam ut dicit tex.no.uulgò tamen notissimus in l.absentem.ff. de pœn. sanctius est impunitum relinqui facinus nocentis,quàm innocentem damnare.

CAVSA SEXAGESIMA.

SVMMAE.

1 *Delinquens, si statim pœnituit, omniaq; in pristinum statum reponat, mitius accipiendus est.*

1 SEXAGESIMO. Qui crimen cōmisit,statim tū pœnitens omnia in pristinum statum reposuit, licet sit puniendus.l.qui ea mente.ff.de furt.& l.quis sit furtiuus,§. 1.ff.de ædil.edict.mitius tamē cum eo agēdum est. per id quod pulchre decidit Alber. in ultima parte statutorum. quæst.69.quæro etiam suppositò quòd si quis bannitum receptauerit duobus.uel tribus diebus, & postea pœnitens eum prodiderit, præsentauerit; potestati, licet sit

punien-

puniẽdus ex forma statuti, huiusmodi receptionẽ puniẽtis, per illa iura, & alia quæ allegat, pœna tñ mitigabitur. arg. textũ i §. sed quia delinquẽtes in aut. de mand. prin. & aliis multis §§. illius tit & l. 2. C. de decur. li. 10 & l. si sciuerit. ff. de excus. tut. & per multa quæ illic allegat.

CAVSA SEXAGESIMA PRIMA.

SVMMAE.

1 *Vulnerans aliquem lethaliter, quem alter postea occidit, non ex pœna plectetur, quam pependisset, si uulneratus ex suo uulnere occubuisset.*

1 SEXAGESIMO PRIMO, Si quis alium lethaliter vulneraverit, quem alter postea occiderit, certe non ea punietur pœna, quã pepẽdisset, si uulneratus ex suo uulnere occubuisset, scilicet tanquam de occiso, sed tantum de uulnerato. textum est ad literam. in lege item Mela. §. Celsus. ff. ad leg. Aquiliam ex quo not. Bald. mirabilem modũ defendi a morte eũ qui lethaliter aliũ uulnerauit. Et quanquã pleriq; faciãt illũ tex. sing. est tamen similis in l. huic scripturæ. §. si seruus. & ibi doct. eo. tit. & uoluit gl. in c. significasti. eius initii. 2. in uerbo, quòd si discerni. de homi. ubi tñ distinguit inter ius ciuile, & cano. & Bal. in l. ita uulneratus eo quoq; ti. ubi referat aduocatũ quẽ pia cõsuluisse alicui, qui alterum lethaliter uulneraret, ut illum faceret interimi per tertium, ut pœnam mortis euaderet, propterea, ait, dignum illius aduocati præmiũ erat laqueus. & Rom. in sing. 158. quidam fuit uulneratus. ubi recenset se quempiam a morte liberasse, ex eoq; luctatum fuisse cappam sericeam. & Io. Ana. in c. significasti, eius initij. 2. col. 4. uer. tunc eo casu. de homi. ubi refert illud Bald. ubi supra. & Fran. Cre. sing. quidam nullus aduocatus. & Alex. in l. si ab hostibus. ff. sol. matri. & Fel. in c. de extero. de homi. & Hip. Marsi. in l. 1. col. 11. uer. decimoquinto limita. ff. de fica. & in l. nihil interest. col. 4. uer. ulterius quia dicitur. eo. ti. & rursum in l. si rixa. col. 5. uer. ulterius in quantum. Super hoc tamen uide Flori.

Flori. in d. §. Celsus & in d. l. ita uulneratus. & Cæpol. caut. 20. quidam tradunt mirabilem cautelam. & Iason in d. l. si ab hostibus col. pe.

CAVSA SEXAGESIMA SECVNDA.

SVMMAE.

1 *Vulneratum se duo inuicem, an pœna illis infligenda.*

2 *Pacem duo inierunt, permittentes se inuicem non offendere in posterum, adiectaq; ad id pœna, postea tamen se inuicem offenderũt, nec constat uter prior cœperit, neuter tenetur de pace rupta.*

1 SEXAGESIMO SECVNDO, Si duo se mutuo uulnerarint, nec constat uter eorum prouocauerit, neuter punietur, secundũ glo. in l. 1. §. cum arietes. ff. si quadru. Paupe. fecit. dica per tex. in l. scientiam. §. cum instrumenta ff. ad leg. Aquil. sequuntur Iacob. Are. Bar. Bal. Fulg. & Alex. in Addi. ad Bart. in d. §. cum arietes, & Bal. distinguens in l. ut uim, ad fin. ff. de iustit. & iur. & in l. 1. in. 12. q. C. unde vi. Imo. in l. semel mora ff. sol. ma. & in c. signi ficasti, eius initii 2. in pe. char. uer. satis est de eo. de homi. Rom. loquẽs de iniuria uerbali in pari casu, in l. cum mulier col. 31. uer. nemo amplius ff. sol. matri. de quo tamẽ uide ipsum Bal. i d. §. cũ arietes. & in d. l. i. unde ui. & Corneum consi. 274. uidetur prima facie col. pen. in. fi. & seq. lib. 1. & Maria. in repe. c. ad audientiam. in 21. q. 7. q. principalis, de homicid. † Ex hoc autem subinfert Bartol. in d. §. cum arietes & post eum Flor. quòd si duo pacem fecerunt, uel promiserunt se sub pœna non offendere, & postea se inuicem offenderint, nec constat uter prior fecerit, neuter tenebitur de pace rupta. & idem uoluit Bar. in l. cum pater. §. libertis. in fin. ff. de leg. 2. & in d. l. si mora. ubi loquitur de simili casu, ad idq; ibi allegat bonum tex. in c. constiturus. de pœn. & post ipsum Bart. Rom. in d. §. libertis. & Fel. in c. dilecti. col. ult. de excep. † Nec tamen omittendum, quod ipse Floria. in d. §. cum arietes, ueluti oblit⁹ eius quòd diximus ex eo. & nar. de pace ru-

flatim

pta, statim postea dicit, quòd si duo se mutuo percusserunt, non fiet in dubio absolutio. sed uterq; condemnabitur per l.quemadmodum. §. si nauis alteram. ff. ad leg. Aqu. Quod omnino a ratione abest.

CAVSA SEXAGESIMATERTIA.

SVMMAE.

1 *Vnus ex pluribus aliquem offendit, idq; constat, uel aliud delictum commisit, sed dubium est, quis eorum fecerit, nemo puniendus est. et nu. 2.*

1 SEXAGESIMOTERTIO, Si certum sit, unum ex pluribus aliquem interemisse, uel aliud delictum commisisse, nec tamen constat quis eorũ fecerit, nullus puniendus est. Ita uoluit glo. no. in l. item Mella. §. sed etsi seruum plures. ff. ad leg. Aquil. per l. absentem. ff. de pœn. & glo. in c. quiescamus. 42. dist. & in c. nolite. in uerbo. tritum. 11. q. 3. & Specul. tit. de homi. §. 1. uer. pone quatuor. †Sed quia contra hoc uidetur esse tex. in d. §. sed et si seruũ. & c. significasti. huius initii 2. uer. quod si discerni. de homici. & hoc latius patet quàm ut breuibus possim concludere. ideo ne si pergam esse longior fastidium pariam. uide gl. in c. cupientes. §. cæterum, in uerbo, qui culpabiles. & ibi Archid. de elec. lib. 6. Dy. in c. in obscuris. de reg. iur. eo. lib. Alber. Gand. in tracta. malefic. ti. de homic. & eorum pœnis. columna sexta in fin. in paruis. Specul. in ti. de iudi. de leg. uer. ultra alias. iuxta uer. quid si in rixa. & in ti. de homi. §. 1. uer. sed pone quod tucor. Cy. Io. Faber. in l. quoniã. C. ad l. Iul. de ui publi. Bar. Angel. & omnino Hippo. Mar. in l. ul. ff. ad leg. Cor. de sicar. Bar. Bal. Angel. in l. ita uulneratus in fi. ff. ad leg. Aquil. Alber. in tracta. statutorum, in 3. parte. q. 61. Bal. in l. qui seruo. §. ul. ff. de fur. & in l. non ideo. in antepe. q. uer. sed iuxta hoc uenit. C. de accu. & in l. si certus, cũ l. seq. ff. de SC. Sylla. & cõs. 361. lib. 1. Ang. in l. reos. ff. de duob. reis. Imol. in cle. 1. col. ul. uer. 3. quærit. de homici. Eloria. in d. l. itẽ Mella. §. sed etsi. ff. ad l. Aquil. Saly. Gaspar de Calder. & Pe. Anc. inter cõs. ipsius Pe. cõs. 216. nos Bartholomæus. & Raph. Cu. cõs. 134. uilis totius cõtrouersiæ. col. 2. post prin. & iterũ paulò post in uer. quamobrẽ. Ro. cõs. 401. eo præsupposito, Maria. in repe. c ad audientiã. in 30. q. & item in 39. 7. q. principalis de homici. & Alex. cons. 15. uiso processu inquisitionis formatæ. lib. 1. & cõs. 50. col. 2. uer. 4. dato. & col. ul. uer. nõ obstat ultimum. eo. lib. 1. & cõs. 14. ponderatis narratis col. 2. uer. sunt præterea multæ. & cõs. 2. uiso processu. eo. 1. in fi. & seq. lib. 7. Feli. post alios in d. c. significasti, eius initii. 2. col. 3. uersi. nota ibi de homici. & Hppol. Mar. in l. 1. col 11. uersi. 16. ff. ad leg. Cor. de sicar. & in rub. de proba. col. 83. uer. item redeundo. & col. seq uer. non omitto. & sing. 217. uide omnino Alex. in l. 1. col. 8. ff. si cert. pet. & consi. 15. col. 3. uersi. quarto moueret.

CAVSA SEXAGESIMAQVARTA.

SVMMAE.

1 *Damnatus ad mortem laquei, si laqueo rupto in terram ceciderit, liberandus est.*

1 SEXAGESIMOQVARTO, Si damnatus ad mortẽ laquei, laqueo ipso rupto in terram cecidit, credendum est illud factum esse miraculose in dubio, cum ipse protestatus fuisset de innocentia. & ideo est liberandus, ut per multa decidit, Lucas Pen. in l. 1. col. 7. uer. sed pone damnatus est aliquis. C. de defer. & occul. lib. 12. & sequitur & dicit not. Philip. Dec. in l. fauorabiliores. in fi. ff. de reg. iur. Huic operi nostro iustissimum finem adfert ruptus laqueus.

FINIS TRACTATVS DE PŒNIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM INSIGNIVM,

Quæ Andr. Tiraquellus hoc suo opere contexuit.

A

ABSENTIS coniuncti tacita uoluntas arguitur ex affectione, causa. 22. numero 35. 115

Absolutio facta ab ecclesia, non intelligitur in præiudicium fori secularis, causa. 25. numero 4. 139

Absolutis in foro pœnitentiali accusari punirique potest in foro iudiciali, causa 28. numero 4. 150

Acceptatio beneficii iracundiæ facta, nō facit uacare primū, causa prima, nu. 29. 15

Accusans ex officij necessitate, non præsumitur ex calūnia officij facere, cā 58. numero 2. 375

Accusatio episcoporū facilè recipienda nō est, ca. 51. numero 94. 333

Accusationis, & inquisitionis finis, cau. 53. nu. 1. 368

Accusator infra legitimū tempus nō prosequens subit pœnam legibus cōstitutam, in Præfat. nu. 17.

Accusatus de crimine commisso in officio, suspēdi potest, causa 58. nu. 5. 376

Actio de dolo danda est mihi, si seruus meus, cum mihi deberet, nec soluendo esset, hortatu meo pecuniā mutuam ab alio accepit, & mihi soluit, cau. 35. n. 10. 197

Actio honoraria prodita cōtra cōpatres, cau. 21. n. 9. 95

Actio quæ datur in officiales & magistratus, ob delictū, uel quasi, quod consistit in omittendo, nō transit in hæredes, causa, 44. nu. 26. 239

Actori quādoque defertur iuramentum propter summā sceleris immanitatem, causa. 49. nu. 41. 281

Actus, qui amicis conuocatis fit, deliberatus præsumitur causa 22. numero. 79. 116

Actus uitæ præcedentis inspicitur, causa. 51. nume. 1. 289

Universidad de Deusto
Biblioteca

actus in se malus, ad malum in dubio referēdus est, licet aliam excusationem habere possit. in Præf. nu. 56.
actus, qui alias præsumitur prima fronte iniustus, si gestus sit a puidis & honestis uiris, iustus æstimatur, cau. li. nu. 49. 314.
actus plures desiderari ad uirtutis habitū. ca. li. n. 159. 361.
actus hominū non cuētus, sed a cōsilio metiendi sunt, causa 52. nu. 9 366
administratio delictum mitigat, cau. lviii. nu. 1 375.
adolescens si quid commisit, non omnino impunitus relinquendus, cau. 7. nu 6 39.
adolescentes, quot & quibus ex causis sint mitius puniēdi, cau. 7. num. 5. 38.
adolescentes sedulo & diligēter castigādi, cau. 7. n. 7. 39.
adrastus Phryx Atym Crœsi Lydorū Regis filiū, uibrato in aprū iaculo, imprudēs occidit, causa. 13. nu. 1. 62.
aduersarius in lite pſumitur inimicus, nisi ille sit summę sanctimoniæ, causa quinquagesimaprima, nu. 155 358.
aduocat⁹ usurario manifesto denegādus, cau. 49. n. 30. 279
aduocatus denegatur accusato in grauibus delictis, causa. 49. num. 30 279.
aduocatus si preuaricetur, aliquid scienter omittendo, & inde causa cadat, an sententia ualeat, cau. 49 nu. 37. 280
adulteriū uxoris uir fert molestius, quam filii interitum causa. 1. nu. 3. 3.
æmil Scaurus ob uetustiss. nobilitatem, & recētem patris memoriam absolutus est, causa. 31. nu. 9 170.
Æneas militibus prohibet, eorumq; ducibus, se inscio quicquam tentare quantumuis opportuna se se offerat occaſio, c. lij. nu. 6. 365.
affectio naturalis facit, ut qui unum de agnatione tangit, totam agnationem tangere videatur, cau. li. nu. 71. 322.
affinitas spiritualis maior & superior est carnali, causa. num. 21. 91.
agapetus idē peccare, & peccātes nō cohibere, æstimat. cau. 44. num. 14. 234.
agere quis potest sine mādato ad implementum eorum quæ ad pias causas disponūtur, cau. 2⁹. num. 41 116.
agentes & consentientes pari pœna esse puniendos quo modo sit accipiendum, cau. 44. num. 51. 247.
Agesilai Magni Lacedæmoniorum regis grauiter dictum, cau. 23. num. 39. 141.
agis, primus ex his, qui Spartæ regnarunt, ab Ephoris interfectus est, cau. 7. nu. 3. 36.
agrum empturos quænam oporteat obseruare. Ex Plinio, causa 23. nu. 8 133.
allegans iniustam causam ad sui defensionem & doli exclusionem, mitius puniendus, & quare, causa. 43. numero. 9. 226.
Alexāder magni faciebat ad ueniam, delicti cōfessionē, cau. 30. num. 8 159.
amicitia an semper repellat a testimonio, ca. 22. n. 49. 118.
amicitia & pietas fraternæ causa. 22. num 31 113.
amicitia æquat aut superat fraternam affectionem, causa 22. nu. 10. & 13. 103. 104.
amicitia facit, ut uel seruos filios proprios nominemus, causa. 22 num. 74. 125.
amicitia intensa maioris est ponderis ad repellendum testem, quam fraternitas, Bal. cau. 22. nu. 45. 118.
amicitia improborum reiicienda, cau. 22. nu 89. 129.
amicitia, odio, ira, atque misericordia uacuos esse decet, eos, qui de rebus dubiis consultant, cau. 16. nu. 4. 80.
amicitia propinquitati, & gratia necessitudini etiā in bonorum successione præferē

da, cau. 22. nu. 1. & 4. 99. 100
amicitia paterna qui aliquid impendit, non repetit, causa 22. num. 63. 123.
amicitia si intercesserit inter me & Titium, & is agat in iudicio nomine meo me scientе & non contradicente, tū demum uideor id ratum habere, cau. 22. nu. 57 121.
amicitia tantum operatur in considerāda affectione, quātum sanguinis coniunctio, cau. 22. nu. 44 118.
amicitiæ fraternæ nodus Herculanus, cau. 22. nu. 6 101.
amicitiæ, quā fraternitatis arctius uinculū, cau 22. n. 2. 90.
amicitiā quanti fecerint Philosophi, tum Iureconsulti, cau. 22. nu. 62. 123.
amantium cæca iudicia, cau. li. num. 81 326.
amicus an possit pro amico sine eius mandato impetrare literas ad beneficia, cau. 22. num. 38 116
amic⁹ amico nō inutiliter stipulari pōt, cau. 22. n. 14. 104.
amicus etiā inuocatus iuuare amicū pōt, sicuti cōsanguineus, resistēdo etiam de facto officiali iniuste exequēti, causa. 22. n num. 43. 117.
amicus ēt sine satisdatione admittitur ad allegādas causas absentiæ, cau. 22. nu. 81. 126.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amicus electi, an sine mandato confirmationem petere possit eius nomine, causa 22. nu. 37. 115
Amicus igni, & aqua magis ē necessarius, cā. 22. n 82. 126
amicus nō cogitur esse aduocatus contra amicum, causa 22. nume. 77. 125
amicus præsumitur patrocinari gratis pro amico, causa 22. nu. 78. 126
amicus pro amico admittitur sine mādato ad recuperandam possessionē, qua spoliatus fuerat absens, causa 22. nume. 72. 125
amicus pro amico an admittatur ad agendum sine mādato, cum cautione rati. causa 22. nu. 34. 114
amicus procurator constitutus, uidetur tacitè nō cōtra dicendo acceptare mandatum, cau. 22. nu. 56. 121
amicus pro amico potest appellare, causa 22. nu. 55. 121
amicus, quē testator dilexit, ut coniunctum, licet re uera non sit coniūctus, habetur tamen pro cōiuncto, causa 22. nu. 30. 112
amicus quodāmodo patris loco habetur, cā 22. n. 63. 123
amicus si impediat citationē peruenire ad amicum, tanti est, ac si ipsemet impediret, cau. 22. nume. 83. 126
amicus uicē procuratoris obtinet, causa 22. nu. 16. 106
amici causa, non peccandum, maximè contra Remp. Ciceroni, cau. 22. nu. 88. 128
amici legata ex testamēto minus solēni an capiantur, cā 22. nume 26. 110
amici uerba, latam interpretationem admittūt, causa, 22. numero 84. 127
amico licere uim illatam coniuncto sibi stricta amicitia, repellere, c. 22. nu. 42. 117.
amico per amicum potest acquiri, cau. 22. nu. 17. 106
amicum suū si quis relinquat executorem sui testamenti, sub nomine dignitatis, uidetur non dignitatem, sed amicitiam considerasse. Et an mortuo executore transeat officium in successorem in dignitate, cau. 22. n. 25. 110
amici absentis uocandi, quando quid fieri debet in eius præiudiciū, cā. 22. n. 69. 124
amici adhiberi solēt negotijs rebusq; mortaliū, causa 22. nume. 67. 124
amici conuocandi sunt in cōtrahendis nuptiis. causa 22. nume. 44. 118
amici debitoris absentis citādi antequā peruenmatur ad secundum decretum, causa 22. nume. 70. 124
amici, & consanguinei pari passu non ambulant Panormita. & Alexandro, cau. 22. nu. 36. 115
amici parentum possunt petere illorū liberi tutores dari, causa 22. nume. 65. 124
amici plerunque obstant ne liceat ubiq; rectum tenere clauum, causa 51. numero 81. 326. 327
amici quæ faciunt, nihil differunt ab his, quæ nos facimus, causa 22. nu. 19 107
amici singulares an ueniant appellationes suorum cā 22 nu. 32. 33. 113. 114
amici sponsi si quid donent sponsæ, spōso quæritur, nō sponsæ, causa 22. nu. 22. 64. 108. 124
amicorum causa factum clementius puniendum, causa 22. nu. 86. 127
amicorum causa facit, ut eorum causa admissum, mitius sit puniendum, cau. 22. nume. 1. 99
amicorum consilio utendum in negociis, cā. 22. n. 76. 125
amicorum & consanguineorum opus æquiparatur, cā 22. nu. 66. 124
amicorum potentia, facit hominem excellentem, causa 22. numero 82. 126
amicorū præsentia excludit præsumptionem fraudis, & metus, causa uigesimasecūda, nume. 50. & 52. 119. 120
amicis inuicem contrahentibus fraus, & simulatio plerunque præsumitur, causa uigesima secunda nu. 53. 120
amicos uexare, tanti est, quāti consanguineos, causa uigesimasecunda. nu. 60. 123
amor, furor est, & quare, causa 4. nu. 1. 22
amor in iudiciis cæcutit, causa 51. nume. 81. 326
amor quidam naturalis & affectus in nostros, & necessitudine coniūctos nostris legibus attributus. in natus est, causa 51. nu. 80. 326
amor sui, cæcus, cau. 51. nu. 65. 320
amoris liciti ardor uim habet reuocatiōis clausulæ derogatoriæ, in primo testamento adpositæ, cau. 22. numero 28. 112
amorem retinere, perfectæ philosophiæ est, cau. 4. numero. 2. 22
ancillæ cordis, dominarum imagines sunt, causa 51. nu. 95. 333
androcides iussu populi, nocentem se (licet innocēs esset) confessus, absoluitur, cā 30. nume. 5. 158

anima mercatoris quò ibit, causa 51.nu.142. 154
animadaersio & in singulos, & in multitudinē quē fieri debet,causa.47.nu.5. 262
animal etiam brutum puniri ob sceleris immanitatē,causa 49.nume.39. 281
animus in maleficiis,nō cuētus,inspiciendus, causa 52. num.2. 363
amicus nullis rebus magis irritatur, & cōmouetur,quā his quæ obiiciūtur oculis fidelibus,cau.44.nu.53. 248
annalis lex, causa.51.numero 151. 357
antigoni Macedoni regis apophthegma c.51.n.79 325
apollinis Pythii responsum not.cā.28.nu.5. 150
apollonius Iarchæ, Barchanorum principis, sniam de magistratibus Ro. compro bat,causa 44.nu.56. 249
appellasse si quis se dicat,uel procuratorem esse ad petē dos Apostolos,ei non creditur, nisi legitimè doceat quātūuis sit famæ celebris, causa 51.nume.11. 296
appellatio in quibus regulariter prohibetur, necesse ē causam in appellatiōe à diffinitiua inferere. in Præfat. nume.63.
appellatio tollitur sceleris magnitudine, causa.xlix. nu. 21.277. Limit.nu. 22. ubi & de crimine læsæ maiest. ibi.
appetitus uenereorum nonnullos in furorē,atque insaniam adigit, cā.4. nu.3. 23
appius Claudius Decemuir in carcerem coniectus mortē sibi cōsciuit,c.34.n.6 193
appius cū in uincula duceretur maiorū merita in Rēp. cōmemorabat, ut pœnā deprecaretur.cā.49.n.11. 272
arbor infelix,c.31.nu.7. 163
arcades, & multi alii populi hic enumerati,q malos vicinos ferre nō potuerint solū uerterūt,cā 25.nu 7. 133
ardor amoris liciti uim claustulæ codicillaris habet, si favor libertatis concurrat, causa.22.nume.21. 107
artabani elegans sentētia, cā 22.nu.10. 366
artaxerxis regis de Rhachone Mardo;qui filium plectēdum iudicibus obtulerat, sententia, causa 18.nu.3.82
assertio uiri fide digni excusat,c.51.n.32.23. & 34.308
athenienses iniurati testimonium non admittebant,causa 51.numero 135. 350
athenienses seueri religionis cultores iuuenes duos per imprudentiam templū Ceres ingressos, interficiūt (causa,

causa 13.nu.8. 64
athenienſium leges ueniam concedunt sese manifestanti,cau. 30 nu.5. 158
attentās in arbitrariis mitius puniuntur quàm perficiens, cau.39. nu.1. 210
attilius,quod Mithridati insidias struxisset,supplicio affectus, causa 34.nu.6. 193
Augustus Cæsar nec adoptiuum filium bonum habuit, licet illi eligendi potestas fuisset ex omnibus,cau.51. nu.44. 312
Augustus Cæsar diuturnorū reorum,& ex quorum sordibus nihil aliud quàm uoluptas inimicis quæreretur noxia aboleuit,c.29 n.7.155
auidius Cassus,cē furiones, q ipso inscio parua manu ingentem hostium numerū occidissent,in crucē iubet, cau.52.nu.5. 365
A. Albinus Ro. Græca oratione rei Ro. uenia. sibi ante eius linguæ imperitia petita, cōposuit cā.35. nu.6. 200
A. Posthumus Tiburtinus filiū securi iussit, q sua sponte progressus hostes fudisset,cau.52.nu.3. 364
Aurelianus imperator zenobiam,uita donat, c.9.n.2.45
Ausonius ad preces Augusti carmē cōponit,cā.35.nu.7.

B

Bannvm mulctæ æquiparatur,causa 32.nu.5. 185
Bannum remitti potest propter paupertatem, causa 32 numero 5. 185
Et barto. super hoc opinio. ibi.nu.6.
Banniti qui se ad hostes conferunt, quæ sunt iuris ciuilis,perdūt, non quæ iure gētium communia,cau.20. numero 9. 87
Bannitum,& eum quidem cō sanguineum receptans contra statutū, minus punitur, cau.20 nu. 2.75. Limitatur ibidem numero 3.
baptismus an aliquid remittat ex foro iudiciali,cau.25. nume.6. 139
baptismus quæcūque delicta abluit causa 25.nume.1.138
baptismus restituit hominem pristinæ innocentiæ, causa 25.nu.7. 139
barbatias communium opinionum oppugnator, cau. 51.nume.64. 319
Bartoli,& Iasonis lapsus,cau 44.nu.74. 258
beatus, qui in conspectu Dei iustus est,cau.51.nu.5. 293
beneuolentia sublata,amicitiæ nomen tollitur, propinquitatis remanet, cau.22. numero 3. 100

berenice meritis suorum ab soluta, causa 49. nu. 12. 273
betonicæ herbæ uis, cau. 5. nume. 11. 29
blanditia principum & aliorum, quod non temere metuimus. uim præcepti habent, iustúmq; merũ inducũt, causa 35. nu. 1. & 3. 194.
blasphemia, quæ fit calore iracundiæ, leuis est, cau. 1. nume. 14. 8
blasphemator proprie nõ dicitur, qui in ludo blasphemauit, cã prima, nu. 14. 8
blasphemiis Deum impetẽs, ultimo est supplicio plectẽdus, causa prima. num. 14. 8
benemerito de Rep. si immane quodpiam facimus, præsertim contra Rempu. commisit, nequaquam parcendum, causa 49. nume. 47. 282
bona fides causari potest ex iustis, & iniustis ac temerariis rõnibus, cau. 43. numero 3. 224
bona fides prætermissa iuris solennitate à mercatoribus præcipue obseruanda, causa 51. nu. 141. 352
bonum de quolibet præsumẽdum non est, ubi alterius imminet periculum, causa 51. nume. 16. 298
bonũ, opus requirit, cau. 44. nu. 57. 250
bonum, & iustum uidetur, quod a bono factũ est, causa 51. nu. 54. 315
bonus semel, semper bonus præsumitur, causa 51. numero 3. 291
boni prætextu malum facien dũ non est, cau. 52. nu. 8. 365
bonus, uel malus quis iudicari non debet ex unico actu, causa 51. nu. 159. 369

C

CALISTO à Ioue uim passa in ursam mutatur, causa 36. numero 5. 199
Callipatera meritis suorum absoluitur, cã 49. n. 12. 273
Calor in cõsultus calũmniæ uitio caret, cau. 1. nu. 1. 3
Carcer cur domus omnium miserrima, atque molestissima. cau. 51. nu. 2. 213
Carolus primus iudicem suspendi iussit, qui homicidã pœna manus tantum condẽnarat in Præfat. nu. 9.
casus fortuitu exilio uoluntario luebatur, cau. 13. n. 7. 63
causa quælibet, & iã iniusta, bestialis excusat à dolo, causa 43. nu. 2. 224. Limit. numero 10. 11. 227
causa iniusta excusat à delicto, cau 43. nu. 2. 224
causa modica & iniusta excusat à contumacia, quæ & ipsa delictum est, causa. 43. nu-

numero 6. 7. 225. 226
causa tua, an tuorum agatur, nihil interest, cã 51. n. 66. 67. 68. 69. 74. 76. 220. & seq.
causa expressionem requiri quando pœna augetur, uel minuitur, quomodo sit accipiendum, in Præfat. nu. 70.
causam auctæ, aut imminutæ pœnæ iudex in sententia ex primere debet, ĩ præfat. numero 53.
cautio pro satisdatione est, si is, qui satisdat, sit honestæ, probatæ uitæ, cã. 51. numero 37. 309
certificatus ab uno notabili, & fidedigno, dicitur pro certo scire, cau. 51. nu. 31. 306
charundas Tyriorum rex & legislator, quòd legem, quã tulerat, imprudẽs uiolasset, gladio incubit, cau. 13. numero 9. 64
charundæ Tyrii lex, cau. 22. numero 89. 129
charitas necessitudini ĩ ordine scripturæ prælate, causa, 22. nu. 5. 101
Ciceronis in Verrem locus, elucidatur, cau. 30. nu. 3. 157
Ciceronis locus, li. 5. & ult. Finiũ, emẽdatur, c. 24. n. 3. 136
citatio facta ad diẽ feriatum, ad hoc ut ualeat, requiritur quòd expresse citetur in cã alimentorum & similium, in præfat. nu. 64.
citatio, si prima frõte habeat in se iniustitiam, an ualeat, causa quinquagesimaprima numero 50. 314
ciuitas, ut principum cupiditatibus & uitiis inficiatur, sic emendari, & cõtinentia, causa 51. nu. 97. 334
ciuitas ut cupiditatibus principum, & uitiis inficiatur, sic emendari, & corrigi continentia, cau. 31. nu. 39. 183
claudius maiore fraude conuictos, legitimã pœnam supergressus, ad bestias condemnauit, causa 49. numero. 44. 282
Claudius imperator iuuenẽ corruptelis adulteriisq; famosum, nihil amplius monuit, quã aut parcius ætatulæ indulgeret, aut certè cautius, causa 57. nu. 2 373
coacti absolutè siue præcisè nihil certe peccãt, causa 36. nume. 5. 199
commissio quando præsumitur præcessisse, causa 50. numero 53. 315
cõmune sicut non potest prohibere appellationem ad superiores, uel statuere contra appellantes, ita nec contra consanguineos appellãtium, causa. 51. nu. 75. 324
communitas alterius, & ius & rem

Universidad de Deusto
Biblioteca

rē,ex cā tamē, auferre pōt, in Præfat nu.39.
compatrē, patre q; ac filios naturales acceptās, mitius, puniendus,cū id affectione ducatur,cau.21.nu.12. 95
cōpatres nō sunt testes omni exceptione maiores, cā 21.nu.9. 94
compos mētis nō est is, quē dolor aut ira occupat,ca.1. nume.20. 11
compulsus ut metuse,dolo caret,cau.26.nu.3. 198
conatꝰ proximus delicto de iure cōi æque punitur in atrocioribus, ac si delictum fuisset consumatum, ca.37. numero 1. 201.
conatus qñ puniatur perinde,ac effectus,causa.37. numero 6. 203
conatus punitur in crimine læsæ maiestatis, & patriæ, cauſ.38.nume.10. 209
conclusio in causa,& renuntiatio productionis testiū, æquiparantur,ca.51.numero 118. 343
cōdemnari an quis possit ex inquisitione generali,causa 53.numero 3. 368
condemnatus læsæ maiestatis auditur appellans, causa 49. nu.22. 277
conditio de non nubendo, nihil refert an mihi, uel amicis cōiūctis adscribatur,modō illorum causa abstinea à nuptiis,cau.51.nu.67.321
confitens timore probationis, aut tormentorum pro convicto habetur, nihilq; ab eo differt,quo ad pœnæ impositionem, causa 30.numero 9.11.13. 159.160
confitenti vltro seque ipsum deferenti plerunque parcitur,cau.30.nu.2. 157
confessio delicti ueniam meretur,cau.30.3. 157
confessio iudicialis calore iracundiæ facta non ualet, causa 1.numero 25. 13
confessus spōte,quo casu mitius puniatur, quam convictus,causa,30.nu.19. 162
confessus sponte, & non timore probationis quis dicatur,causa 30.nume.10. 160
consanguinitatis,& amicitiæ hercules nodus,causa qui quasimaprima,numero 82. 327
cōsanguinei nostri,sunt quodāmodo pars corporis nostri,causa 51.nume 80. 326
consanguinei, an & quando testes idonei, causa 51.numero 90. 330
consanguineorū causam eandem esse cum nostra, causa 51.nu.75. 324
Exemplis discursim illustratur.ibid.nu.76.77. 324.325
Consanguineos clerici offendens,æquè punitur,ac si clericū ipsum offendisset,cauſ. 51.num.67. 321
consilium nobilissimi,& celeberrimi doctoris an exuset victum ab expensis, cau.51. nu.108. 339
Et an ēt id possit partis integritas, ibi.n.109. 110.111.
Citatione facta per nūtium, an & quādo præsumatur iudicis commissio præcessisse,cau.51.nu.52. 214
Citatione facta cōtra ius cōmune,causa exprimi debet, in Præfatio, nu.59.
Citharœdi nō omnes,qui citharā habēt,ca.51.n.6. 294
Cui nouello ignorāter quid facienti contra statuta ciuitatis,ignoscēdū,c.10.n.2.47
Ciuitas talis est, quales fuerint sūmi ciuitatis uiri,cau. 51.nume.97. 335
Ciuitas potest ius aut rem alterius, idq; ex causa auferre,in Præfatione.nu.39.
Clam fieri quando quid dicatur.cau.11.nu.14. 56
Clā facere dicitur, qui se opus facturum non denūtiat amicis,his absentibus, quibus erat denuntiandū. cau. 22.num 71. 125
Cleonis Reip. administratio nes suscipientis apophthegma.cau.51.nume.81. 327
Cleticus punitur à seculari, propter sceleris grauitatē, cau.49.num.28. 279
Clericus effectus,aut religiōnē ingressus post cōmissum delictum,an pœnā effugiat, cau.25.nu.8. 140
clericus degradatur,et curiæ seculari tradituꝛ enormibꝰ delictis, ca.49.n.36.37.280
clerici consanguinei nulli nterrans, æque est excōmunicatus,ac si clericum ipsum uulneraſſet,cau.51 nu.74. 324
clytie zelotypię stimulis exagitata leucothoe concubitū Orchamo patri eius enūciat,cau.1.nu.4. 4
cōsilia ingeniaq;multorū plurimū possūt,cā 51.n.64.319
consilia amicorum in nris negotijs q̄rēda, c.22.n.76.125
cōsors criminis, alioquin nō idoneus, admittitur in testimoniū ,ppter facinoris grauitatē.cau.49.num.24. 178
cōsolator an,& quādo teneatur iurare se rectē consultum.cau 51.nu.134. 350
cōscius criminis,idipsū nō reuelās,teneꝰ cā.44.n.21. 336
constitutio, quæ alias stricte est interpretanda, tum demū comprehendit casum fictum,quando casus uerus, & casus

Universidad de Deusto
Biblioteca

& casus fictus æquiparantur à lege ãtiqua, cã 13.n.26. 74
consuetudo an à pœna gehẽnali excuſet, cauſa, 42.nu.4. & 5. 216
consuetudo publica uno, & omnium consensu inducta, & iam diu obseruata, excuſat cau.42.nu.15.22. Limit. ibidem.
consuetudo excuſat à dolo, & pœna falſi, cau.42.nu.10. 11.219
consuetudo contra ius diuinum non obseruanda, cauſa 38.nume.2. 206
consuetudo super iuramento non obseruando excuſat à pœna temporali periuri, non à diuina, cauſa 42. numero 2. 215
consuetudo quando non excuſat à peccato, facit ut leuius peccemus, cauſa 42.nu mero 6. 217
consuetudo etiam improba, excuſat à pœna, cauſa 42. numero 1. 215
consuetudo licitũ facit quod alias eſt illicitum, cau.42.nu mero 10. 219
consuetudo excuſet ne à pec cato in prohibitis à iure po ſitiuo, cauſa 42.nu.7. 218
consuetudo cuiuſque priuata, delictum auget, cauſa 42. nume.14. 221
consuetudo ueniale peccatũ, facit mortale, cauſa 42. numero 4. 216
consuetudo multum momẽti, & uirium habet tum ad deprauandos, tum ad corrigendos hominũ mores, cau ſa 51.nume.99 336
consuetudo an excuſet à pœna in his quæ ſuapte natura ſunt mala, cã 42.nu.12.220
consuetudo poteſtatem habet in ſanguinẽ hominis in Præfat.nu.6.
consuetum in arbitrariis pœnis certũ eſt, in Præfat.n.5
continentia principum ciuitas emendatur, & corrigitur, cau.31.nume.39. 138
contractus qui publice fieri ſolet, & communiter æſtimatur eſſe licitus, ſapit tamen uſurariam prauitatem, nõ eſt propterea uſurarius, cauſa 42.numero 8. 218
contractus iracundiæ calore factus non tenet, cauſa prima, numero 24. 13
cõrratiorum eadem diſciplina eſt, cau.44.nu.58. 251
corpus ſuſpẽſi traditur feris deuorãdũ in delictis immanibus, cauſa 49.nu.42. 281
contumacia facit ut non mitius agatur cũ nobili delinquente, quàm cum plebeio, cau.31.nume.33. 181

contumacia delictum eſt, cau ſa 44.numero 6. 225
contumax, ut uerus quis dicatur, quid requiratur, cauſa 22.nume.69. 124
conuictus, ſiue cõdemnatus, poteſt officium, quod ante habebat, exercere ex reſcripto principiis, cauſa 58. nu ro 7. 376
conuictus ex præſumptione tantum, mitius puniendus eſt, quàm conuictus ex uenis, & indubitatis probationibus, cau.30.nu.18. 162
crates Thebanus negabat inter homines quempiam inuenirí poſſe, qui non aliqua in parte laberetur, cau. 44 nu.64. 255
credendum non eſt temere, cau.51.nume.26. 302
Et quomodo id accipiendũ, ibidem.nume.27
credulitas nimia nõ ſufficit, vbi requiritur dolus, cã. 43. numero 5. 225
credulitas deceptionum mater, cauſa 51 nu.26. 302
credulitas quælibet etiam futura excuſat à dolo, & pœna cauſa 43.numero 5. 225
credulus nimium nõ dicitur, q̃ credit homini fide digno, cauſa, 51.nume.29 30.&31. 305.306
Cræſus Lydorum rex Adræſto, qui imprudens Atydem filium occiderat, pepercit, cauſa, 13.nu.1. 62
crimen proprium confitentem neminem eſſe ſuper aliena conſcientia ſcrutandum. Fallit propter immanitatem ſceleris, cau. 49.nu mero 24. 278
crimẽ morte delinquentis nõ tollitur in enormibus, cauſa 49.numero 43. 282
crimen ſuum qui authoritate nititur defendere, ſeuerius plectendus eſt, cauſa. 47 nu me.7. 263
crimen quando dignitate augeatur, & quot, quibuſue de cauſis, cauſa 31. nu. 19. 20. 174.175
crimen ſponte, & non conuictus confitens, mitius puniẽdus, cauſa 30.nume. 1. 156
Crimen negantibus, conuictis tamen, uix uenia conceditur, cauſa 30. nume 4. 157
crimen attentatum regulariter mitius punitur quàm cõſummatum, c. 40. nu. 1. 211
criminis inhumanitas furioſũ ſupplicio nõ liberat, cauſa 3.numero 6. 20
crimina in committendo, & omittendo eſſe æqualia, cau ſa, 44 nume.7. 221
crimina tanto ſunt grauiora quãto diutius infeliciẽ animam

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam detinēt alligatam, cau sa.29.nume 3. 153
Criminum inquisitio licet nō concedatur, nisi præcedente infamia, tamen si quis denuntiatur à persona fide digna, & superior famā vel infamiā ignoret, poterit super illis inquisitionē cōmittere, cau.51.num. 103.347
culpa leuissima, quæ in faciēdo cōsistit, etsi ueniat in actionē legis Aquiliæ, secus tñ i omittēdo, c.44.n.31.241
culpa facilè abstergitur, quā mater boni operis pietas committatur, causa 24 nu.1.135
culpa lata quando æquiparatur dolo, ca.13.n.6.&.7. 63
culpa leuissima in faciēdo cōmissa, æquiparatur, & leui & latæ in negligendo, cau.44.num.32. 242
culpa nō intelligitur, quā cōsuetu.admittit, c.42.n.9.218
Culpa leuis in faciendo, punitur criminaliter, non ea in omittendo. c.44.n.33.242
Culpa capitaliter puniri, causa 14.num.5. 76
Cunctator natura, & cui cauta potius cōsilia, quàm prospera ex casu placerent, cā. 52.num.11. 367
Curator an admittatur, cum pœna corporalis uenit imponenda, causa 3. nu.2.19
Cursus uirtutis quàm ætatis celerior, cau.51.n.151. 357
Castri custos excusatur, si quenquam ad custodiā castri substituit, uirū alioqui integræ æstimationis qui tamen illud hostibus tradidit, causa.51.num.57. 316

D

Damna, vt furta, præsumuntur data, & illata à uicinis. cau.51.nu. 59. 317
Damnū datū in agro, p̄sumitur datum potius à uicinis, quā ab alijs, c.23.n.10.134
Damnum, quod furiosus dedit, qualiter æstimandum, causa 2.num.2. & 5. 16
Darij uxor, Intaphenis, fratrē præfert & uiro & filiis, causa 22.nume. 7. 102
Darius Sandocem cruci affixum, ob beneficia in domū regiam collata, soluit, cau. 49.num.7. 271
Dauid in adolescētia unctus in regē ē, cau.51.nu.152.357
Dauus Terētianus cur se crucē meritū confessus sit, cau. trigesima, num.7 158
Debitor liberatur, qui per nūtiū probū, mittit ad creditorē pecuniā, cau.51.n.58.316
Decalogi illud, Nō occides. explicatur, cau.44.n.7.231
Decimatio, Rom. militū pœna, cau.47.num.4. 261
Decimæ ex debito soluūtur, & q eas dare nolūt, res alienas iuadūt, ca.44.n.11.233
Decius audacis & cōsidentis ingenij, cau.51.nu.62. 318
Decurio i crimine falsi qōni subiicitur, cau.31.n.23.176
Decurio si deliquerit in officio, torqueri potest, cā.53. num.4. 385
Detēsionē pupilli amicos nō omissuros uerisimile est, cā vigesima secunda, n.69. 124
Deliberatio in iuramēto requiritur, cau.1.nu. 26. 13
Demonax philosophus Eleusina sacra cur detestabatur, causa undecima, nu.13. 55
Demosthenes Ciceroni perfectus satis non uidetur, ca. 44. num.46. 264
Delinquendi occasio præcidēda. cau.25.nu.5. 139
Delinquēs, salutē cuiusq; hominis rutādo, leuius puniendus, at multò ēt mitius, qui quidpiā admiserit. cā cōlanguineorū, amicorū, aut uicinorū, cā 24.num.4. 137
Delinquens si statim pœniteat, omniaq; in pristinū statū reponat, mitius accipiendus est, cau.60.nu.1. 378
Delinquēs, ex pœna sit emēdatior atq; correctior, c.29 num.6. 155
Delinquens, si perpetrato crimine pœniteat, fiatq; bonos puniri nō debet, cā. 28. numero 1. 149
Delinquens ignorāte, rusticitate, aut simplicitate, mitius puniēdus, cū minus peccet, cau.11.nu.1.& 2. 51
Delinquēs pōt propter insigne aliquod artificium, uel robur, ipunitus dimitti, consulto tamē ante principē, causa 50.num.1. 283
Excipe latronē manifestū, seditiosum, fastiosū, & id genus sceleratū. ibid.nu.2.
Delinquens præ nimio ardētioriq; amore, leuius puniēdus, & quare, cau.4.n.3. 23
delinquēs qñ nō pōt puniri, quin & innocens puniatur, tū cū delinquēte mitius agēdum, causa 59.nu.1. 377
